TRACTATUS DE BONIS INSOLUTUM DANDIS ET DE BONIS AD HASTAM VENDENDIS IULII...

Giulio Cesare Giussani,
Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 A
27

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

3 30 19.13.B.6
C
20

Google

TRACTATVS
DE BONIS
INSOLVTVM DANDIS
ET
DE BONIS AD HASTAM VENDENDIS
IVLII CAESARIS GLVSIANI I.C.

Opus in Scholis, & in foro verſantibus apprimè vtile, & neceſſariũ; in quo exactiſsima Theorica, & Praxis Auth. Hoc niſi. C. De ſolution. & No. Cõſt. Dominij De bon. inſol. dand. ſingulari Methodo proponũtur, ſelectioraq; axiomata Ampliſs. ſacriq. Senatus Mediolan. deciſionibus cõprobantur.



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA
BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV

Mediolani, Apud Benedictum Sommaſcum. 1620.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ego Io. Stephanus Gluſsianus S.T. & I.V.D. Mediolanen. deputatus à Reuerendiſsimo P. Io. Maria Floreno, & S.T. & Magiſtro, & Inquiſitore Generali in Ciuitate, & Dominio Mediolani &c. vidi opus hoc Iulij Cæſaris Gluſiani legum, & Canonum Doctoris ad nouam Cōſtit. Mediolani de bonis inſolutum dandis, nihilq; in eo reperi, quod Catholicæ fidei, et bonis moribus repugnet. Mediolani die 8. Auguſti 1619.

Io. Stephanus Gluſſianus.

1619. Die 8. Auguſti.
Attenta prędicta atteſtatione.

IMPRIMATVR.

Fr. Io. Baptiſta Spadius Vic. Gen. S. Inq. Mediolani.

Guglielmus Vidonus Præp. Sancti Nazarij pro Illuſtriß. D. Card. Archiep.

Vidit Saccus, pro Excellentiß. Senatu.

Digitized by Google

Cod. lib. 8. de ſolut. tit. 43. ex Auth. de fid. & mand. §. quod autem coll. 1. conſt. 4.

HOc niſi debitor in pecunia, vel alia re mobili ſoluere nequeat. tunc. .n. res immob. quam debitor habet meliorem, ſolui poteſt, facta per iudicem ſubtili eius cauſæ æſtimatione, vt rem prædictam, & debitori ſoluere, & creditori liceat petere; præſtanda creditori cautela de euictione quæ debitori paſsibilis ſit, quod eſt in omni actione. §. At ſi creditor, paratus ſit emptorē rei prę̄ſtare oportet debitorē cautela Iudicis arbitrio creditori præbita, rem tunc diſtrahere, vt ſatisfiat creditori.

De

Digitized by Google

DE BONIS IN SOLVTVM dandis, aut ad haſtam vendendis.

IN caſibus in quibus debitum ſit ſoluẽdum in pecunia numerata, liquidũq; ſit, nec alio modo ſuccurri poſſit creditori, ad hoc vt ſatisfactionem in pecunia numerata conſequatur, omnes Iudices competentes aditi à creditore teneantur ſtatuto perprius debitori viginti dierum termino ad ſoluendum in pecunia numerata, & eo non ſoluente, per ſubhaſtationem bonorum creditori ſatisfacere, poſtquam ſatisfactionem, ſi maior & præſens, termino menſis, abſens vero, pupillus, furioſus, mentecaptus, termino duorum menſium de ea coram Iudice cõqueratur nimis vili pretio alienata eſſe, Iudex teneatur alienationem reducere ad duas partes ex tribus veræ æſtimationis bonorum ad vtilitatem debitoris. §. Et eo amplius omni caſu, ſaluum ſemper erit ius debitori, ea bona eodem pretio intra annũ redimendi.

Moleſti

Moleſti quandoque adeò ſunt creditores, vt nil aliud curare videantur, quam vt debitores in carceribus marceſcant: Ideo ſancitum eſt, quòd in omnibus caſibus (exceptis tamen in præſenti ſanctione comprehēſis) in quibus vel pacto, vel aliter, debitor teneatur ad ſoluendū in pecunia numerata, poſſit debitor dare de bonis inſolutum creditori deducta tamen tertia parte veri pretij, & veræ æſtimationis eorum bonorum. §. Eaquè bona intra duos annos eodem pretio redimere poterit. §. Huic ſanctioni per pactum quibuſcumq; clauſulis vallatum renuntiari per debitorem non poſſit. §. Notarij inſtrumenta contra tenorem præſentis conſtitutionis rogantes ab officio ſuſpendantur, & maiori pœna arbitrio Senatus puniātur. §. Caſſus vero in præſenti ſanctione comprehenſi, hi ſunt: debitores ex cauſa ficti ſimplicis, vel libellarij, penſionis, & crediti (quod adiutorij maſſaritij vulgo appellant) expenſarum litis, mercedis, depoſiti veri & realis, pretij rei venditæ, onerum datiorum, mercimonij, litterarum cambij veri & realis, fideiuſſionis, & redemptionis captiuorum.

PER-

PERILLVSTRI VIRO

IOHANNI GVIDOBONO CAVALCHINO

Regio Feudatario, Ticinenſiſq; Reipublicæ

ORATORI ſolectiſsimo Domino meo.

Benedictus Somaſchus. S. P. D.

LEges (dè bonis inſolutum dandis, aut ad haſtam vendendis,) natiuo prætio, & vtilitate publica planè aureas, rudi theatro, quo omnibus placeant, & inſeruiant, expoſui. Sed nec legum ſanctitas ſinè armis tuta eſt, nec prætium ſinè cuſtode: nam inuidia nihil illibatũ, & audacia nihil firmum relinquit. Addã his legibus tuas leges nequaquàm inermes, & tui nominis præſidio, & inuidiæ, & temeritati leges pęnam. Amata nimirum eſt tua ſapientia, tuæ leges, tuum nomen, non tibi ſolum, ſed omnibus, ac præcipuè amicis. Familiæ ſplendor, antiqua nobilitas, maiorum tituli, & magni honores, ſumma iuſtitia, atq; clementia à Potentiſsimis Hyſpianirum Regibus, & Gallorum, & à Mediolani Ducibus liberaliter cõceſsi, tuæ virtutis ſunt arma, eò clariora, quò tuis manibus exercentur, vt nouo

iam,

Digitized by Google

iam, & inſueto antiquis miraculo, togam goleæ, & linguæ leuream coniungas. ORATOR clariſsimus Reipublicæ Ticinenſis, & Regij Senatus olim Præſidis D. Auguſtini Dominici Squarciafici gener, leges indè florere oſtenſas: at vetuſta illa Principum, & tuæ familiæ perhonorifica decreta, immunitates, priuilegia, tuos heroes, & belli Duces prædicant, vt alterno legum, & armorum ſplendore inermem tuearis ſapientiam, & nouas leges. Nec adeò tamen, vt beneficia diſſoluam, ſed quò tuæ benignitati magis oſtringar, tuas armatas leges his legibus inſero. Beneficium nouum eſt, & maximum ſi tuo nomine obſignes, & me non inuitè reſpicias vale. Mediolani duodecimo Cal. Octobris 1619.

Digitized by Google

DE BONIS INSOLVTVM DANDIS, AVT AD HASTAM VENDENDIS

Pro ſatisfactione crediti pecuniæ numeratæ liquidi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SVMMARIVM.

CAP. I.

Datio inſolutum alia expreſſa, alia præſumpta num. 1.

Stipu. alia expreſſa, alia præſumpta num. 2.

Datio inſolutum alia conuentionalis, alia neceſſaria num. 5. 6. 7. 8. 9. 26.

Donatio propter nuptias dicitur neceſſaria, & imputatur in legitimam num. 8.

L. Titia ff. de ſolut. declarata num. 9.

L. qui habebat ff. leg. 3. declarat num. 11.

Datio inſolutum ex quibus præſumatur num. 14. 18. 13.

Obliuio poſſeſſionis ex curſu temporis nu. 15. nu. 16.

Præſcriptio act. perſonalis num. 16.

Debitori pro pignore recuperando quæ remedia numer. 17.

A Vis

Digitized by Google

Vis in retinendo non cadit num. 19.
Creditor ſibi ius dicit aliquãdo ſine pœna n. 19. n. 20.
Locatori lex cõcedit pignus propria authoritate n. 21.
L. omnes nocendi artes, an ſit de iure Canon. nu. 21.
Prςſcriptio odioſa num. 22.
Datio inſolutum ex ſtatuto Med. num. 23. 24.
Tutor tenetur ſibi ipſi ſatisfacere num. 15.
Datio inſolutum ex iure codicis num. 25.
Pupillus nõ p̃ſumitur facere dationẽ inſolutũ n. 28.
Minor non reſtituitur in alienatione neceſſaria n. 30.
Authentica Res quæ declarata num. 31.
Decretum ex quibus præſumatur num. 32. quando non ſit opus num. 33.
Litigioſi vitium non impedit alien. num. 34.
Pactum luendi quando perpetuum fiat num. 36.
Iuramentum ſtatutarium in ceſſione iurium quando non requiratur num. 38.
L. 2. Cod. de reſcind. an habeat locum in caſu huius conſtit. num. 39.
Euicta re data inſol. quæ actio reſtet num. 41. 49.
Datio inſolut. minoris facta ob inop. iure Canonico an ſubſiſtat num. 43.
Matrimonio cõſtãte an ſit loc⁹ dationi inſolut. n. 47.
Nouatio non fit in datione neceſſaria num. 48.
Colono tenetur ſtare emens à iud. num. 50.
Vſufructuarius quas expenſas, & qua actione repetat num. 51.
Actio quanto minoris num. 53.
Ignorantia rei alienæ datæ inſol. num. 53. num. 56.
Simulata datio in ſol. num. 56.

Sicut

SIcut ius diuiditur in ſcri-
ptum, & non ſcriptum .i.
in expreſſum, & tacitū §.
& non ineleganter, Inſt. de
1 iure naturali; ſicut donatio
diuiditur in expreſſam, &
tacitam, Iaſ. §. in perſonam nu. 65. ſicut
pactum; Dos; titulus; confeſsio; reuocatio
mandati; pupillaris ſubſtitutio; hypotheca;
conditio; interlocutoria (leg. conditiones
tacitę non faciunt legatum conditionale ff.
2 condit) conſenſus; ſocietas; dolus; volun-
tas; dies expreſſa, & tacita interpellat, nam
ex peculio pater obligatur ex præſumpta
voluntate, in inſtitoria verò propter ex-
preſſam voluntatem: ſicut locatio, manda-
tum, ſicut profeſsio alia expreſſa, alia taci-
ta, ſtipulatio quoq; l. cum de in rem verſo.
3 Bart. nu. 12. ſicut rati habitio, ſicut diuiſio
tacita alia, alia eſt expreſſa l. 1. C. famil.
herſcis l. qui ad certum. ff loc. l. labeo. ff. de
pact. l. 1. C. ſi maior: ſicut in beneficialibus
4 collatio alia expreſſa, alia tacita, Abbas. c.
quod à te, de cleric. coniug. ita datio inſo-
lutum alia expreſſa, alia tacita ſiue pręſum-
pta, vt in exemplis de quibus mox dice-
mus: ſicut calumnia, à qua excuſat (obiter
dictum) vnicus teſtis d. d. c. 11. de calumn.

5 Rurſus datio inſolutum alia eſt libera,
ſicut in beneficialibus collatio alia libera,

alia non, datio inſolutum libera eſt conuētionalis, alia ſecus, ſiuè legalis quæ & iuditialis ſicut pœna, alia legalis, alia conuētionalis appellatur. ſicut ſequeſtrum, ſiue pignus l. intereſſe puto ff. acq. poſſ. aliud neceſſarium, aliud conuētionale c. examinata de Iud. ſicut Arbitrium l. fin C. de Iud. ſicut intereſſe, Cæpola caut. lxxiij. ſicut cautio, & ſtipulatio alia prætoria, alia conuētionalis. iuriſdictio, citatio quoq; l. tres. C. Quomod. ſicut obligatio alia legalis l. ſi quis prioris. §. in illo Bal. C. de ſecũd. nup. alia conuentionalis: & in criminalibus cau-
6 ſis, homicidiũ aliud eſt voluntarium, aliud neceſſarium, & defenſio alia neceſſaria, alia non neceſſaria, & confeſsio alia voluntaria, alia tormentis extorta: & canones ſacramenta faciunt quædam voluntaria, quædã neceſſaria: ſicut Nouatio quædam volun-
7 taria, quædam eſt neceſſaria; adminiſtrator alius voluntarius, alius eſt neceſſarius: & iuramentum aliud neceſſarium, aliud eſt
8 voluntarium: ſicut donatio; Nam donatio propter nuptias eſt neceſſaria, quia fit ob cauſam: ideoq; pater poteſt eam imputare in legitimam, Fab. l. ſi emancipati C. de collat. ſucceſſor neceſſarius, qui tenetur ſtare colono l. diuortio. & voluntarius.

9 Tacita, ſiuè præſumpta datio inſolutum

eſt

Digitized by Google

eſt cum debitor patitur creditorem exige-
re eius reditus, vt colligitur ex inſigni, in
hoc propoſito, textu l. Titia. ff. de ſolutio,
& ſi aliquis dicere poſſet iſtud potius fieri
in vim compenſationis §. in bonæ fidei In-
ſtit. de Actio: ſiue confuſionis actionum l.
ſi debitor, ff. de fideiuſſ.

10 Tacita quoq; ſiue pręſũpta datio inſolu-
tum videtur fieri cum debitor tanti pignus
obligatum habet, quanti valet, fortaſſe
enim æſtimatio eius quod intereſt ita ex-
creuit, vt veriſimile ſit debitorem deſpe-
rantem ſolutionem voluiſſe pignus inſolu-
11 tum dimittere, vt tex. cũ gloſsa innuit, in l.
Qui habebat, verſiculo redacta, quaſi ſcili-
cet conſenſu debitoris pręſumpto ff. de leg.
3. facit l. ſi ſeruus pignori datus v. liberum
eſt debitori pro noxæ dedito derelinquere
l. Titius v. & cum impetraſſet epiſtolam ff.
12 de pigno. act. Seraphinus deciſ. 242. parte
prima ait in dubio præſumi, quod res fue-
rit inſolutum data imo alienata, vt ait Ne-
guſ. primo me. 3. p. num. 27.

Quod ſi in tradendo pignore debitor di-
13 xiſſet, quod tradit pro pignore, & inſolu-
tum, iam iſta eſſet expreſſa datio inſolutũ,
& pactũ eſſet ſeruandum l. traditionib. ff.
de pactis: gloſſa in ſimi l. §. 1. Inſt. de empt.
v. compellitur c. med. addatur tex. l. ſi fun-
dus §. fin. ff. de pigno.

14 Vt verò ſit locus huic præſumptæ dationi inſolutum oportet inquam cõcurrant aliæ coniecturæ l. Procula, vt res ſit pignorata tanti quanti valet, nec ſatis eſſet inopiam debitoris probare, licet enim ea facit ſępè, vt pauper deſperet luitionem, debitor tamen pauper poteſt cedere ius redimendi, quia pretium pignoris poteſt excedere debitum, l. qui occidit adulterum v. propter inopiam ff. ad leg. Aquil. multo magis huic coniecturæ eſſet locus ſi inopiæ, & ęri alieno accederet lapſus annorum 20. in quo debitor neglexiſſet, nam obliuioni etiam tradidiſſe prę ſumeretur minori ſpatio Caſſadorus propterea deciſ. quinta de Reſt. Spol. in rationibus decidendi ex lapſu in-
15 quit an. 20. videtur quis habere beneficiũ pro derelicto. ciuilis enim poſſeſsio amitti tur tanto tempore, & obliuiſci poſſeſsionis, & rei ſuę quis præſumitur imo x. an. Alex. l. ſi de eo §. 1. Caſtrenſ. l. 1. ff. acq. poſſ.
16 Hoſtienſis vero in titulo de pænis ex Bart. l. ſequitur §. ſi viam, ait quod in actionibus perſonalibus præſcribẽdis ſat eſt, quod debitor præſumat ex longo ſilentio, quod creditor velit donare, vt dicatur eſſe in bona fide.

Cum tamen creditor non poſsit ſibi ipſi cauſam poſsidendi mutare. l. nemo. C. de acq. poſſeſſ. licet de facto poſſeſsionem in-

uertere,

uertere, v. g. alienando accipienti bona fi-
17 de. l. vitia l. ſeq. C. de acq. poſſ. §. quod autẽ inſt. de vſucap. venienti debitori, offerentiq; debitum teneretur directa pignoratitia: haberet quoq; debitor interdictum vti ꝑoſsidetis: haberet quoq; rei vendicationem.

18 Præſumptam dationẽ inſolutum, ſiuè legalem, eam dicere poſſumus, quam lex facit ex curſu annorum quadraginta, de qua l. omnes nocendi artes, C. de præſcrip. xxx. vel xl. an. verſic. ſi debitor poſt quadraginta annos offerat debitum, non cogitur creditor illud accipere.

Hoc vero poſſet habere locum cũ vigore pactorum executiuorum, quæ vulgo in inſtrumentis apponuntur, vel facultatis datæ à Teſtatore de ingrediẽdo authoritate ꝓpria, creditori liceret authoritate propria retinere, quia nulla violentia cadit in retinendo, vel quia in capiendo eſſet vacua, & ideo inſolutum capere, ſiuè retinere poſſet
19 creditor: Nam duo ſunt caſus in quibus creditori licet ſibi ius dicere, nec pœna legis ſi quis in tãtam, nec pœna legis Corne-
20 liȩ de vi priuata tenetur, vel l. extat. C. alter eſt cum poſsidet pignus, vel illud habet obligatum hoc pacto; & poſſeſsio eſt vacua, Rota de cauſa poſſ. & prop. vlt. in nou. alter caſus eſt cum locator per incluſionem inue

ctorum, & illatorum ius ſibi dicit, quæ tamen incluſio nulli creditori præterquam
21 locatori, eſt permiſſa. Cęterum an liceat vi poſſeſsionem rerum ſuarum tueri quæſtio eſt de qua Panormit. c. vt in domibus, de immunitate Neguſ. de pigno. parte ſexta membro. 2. nu. 1. ait quod iure Canonico non licet creditori vti benefitio. l. omnes vocendi artes. C. de pręſcrip. quod ius Canonicum requirit titulum, & bonam fidẽ: quem titulum non requirit lex Ciuilis, nec
22 in ipſa quidem pręſcrip. an. xxx. ac propterea pſcriptio iſta paſsim dicitur eſſe odioſa, & cum ex ſola negligentia non petentis oriatur ſola citatione interrumpitur.

Fortaſſe autem defendi poſſet iſtam pręſumptionẽ annorum quadraginta aduerſus debitorem habere locum, quando cum pręſcriptione concurrit præſumptio tacitæ dationis inſolutum, ſiue quia in pignore contrahendo inſit iſta conditio ex diſpoſitione legis, vt cedat inſolutum lapſis annis quadraginta, atq; ita verum ſit eam oriri non tam ex negligentia non petentis, quã ex tacita voluntate, maximè ſi æs alienum ſit grande.

23 Obſeruaui quoq; reperiri dationẽ quandam inſolutum diuerſam ab ijs de quibus iam diximus: cum non ſit neq; voluntaria nec neceſſaria: ſed potius pręter voluntatem

tem creditoris, & debitoris ex æquitate fiat: de qua tex. l.ſed ſi debitor ff.de pign. act. nam ibi legitur, ꝙ debitor, qui emit à creditore pignus, non facit, vt res ſit empta ſibi, quia rei ſuæ emptio nulla eſt: facit tamen, vt ea pecunia cedat inſolutum creditori: idq; pręter voluntatem, æquitate ſuadente, & eſt valdè ſimilis confuſioni actionum de qua l.Vranius ff. dę fideiuſ. l. ſi ei cui. de euic.

Rurſus datio inſolutum, aut fit de re debitoris, quam videlicet aliquis ex creditoribus poſsidet, de qua etiam loquitur ſtatutum cōmunis Mediolani cap.163. & cap. 164. vol.primo, aut eſt de re quam ipſemet debitor poſsidet, & de hac loquitur iſta noua Mediolani conſtitutio, quam nos in præſentiarum commentamur. Nam quãdo iam creditor poſsidet cogitur ſibi ſatisfacere ex venditione rerum, vel inſolutum accipiendo, & reſiduum relinquere alijs creditoribus, iuxta §. ſin autẽ l.dum apud. C. de bonis authoritate Iud. poſſ. quid ſi (obiter dictum) creditores alij allegent debitorem libros rationum conturbauiſſe, & bona intricauiſſe in fraudem? l.omnes §. Lucius ff. his quæ in fraudem.

24 Differunt autem inter ſe dationes iſtę nō ſolum nomine, ſed & rebus: nam ſtatutaria datio inſolutum fit de plano, reiectis ſolemnitati-

datione inſolutum, ſicut in venditione, cẽſetur in dubio, vel tranſlatum dominium (non dico tamen adhoc cogi venditorem) vel vſucapiendi conditio, & publiciana, irreuocabiliter, quo ad dantem inſolutum l. 34. Titius 5. reuocare non poſſe ff. de pigno: hoc enim agunt qui vendunt, & emũt, & dant inſolutum, & accipiunt, vt res ſit perpetuò penes accipientẽ Iaſon l. qui poſt. C. de leg. eſt alia differentia quoq; de qua infra cap. 29. in fin. ſecundi libri.

28 Præſumpta datio inſolutum non cadit in pupillum, neq; in furioſum: nam hi non poſſunt conuenire de dando inſolutum, quemadmodum neq; de locando l. qui ad certum ff. loc. At datio inſolutum neceſſa-
29 ria cadit etiam in iſtas perſonas. Quamuis in neceſſaria minor quoq; reſtituatur, Rebuffus de Prçconijs, & de Licit. 2. Tomo in
30 comment. ad Regias Conſtit. idq; etiam non refectis expenſis; qui Rebuffus addit, quod poſt alienationem minor non reſtitur ad rem, ſed ad æſtimationem, vbi damnum ſit ingens, ita interpretatur legem, ſi ex cauſa iudicati ff. de minoribus. 25. annis.

Alienationes multæ voluntariç ſine decreto prohibentur, ſicut de rebus minorũ, de rebus vniuerſitatis, de rebus Eccleſiæ, quamuis hodie ommiſsa ſolemnitate Au-

thent. hoc ius porrectum. C. de Sacroſanct. Ecc. ſeruatur ius Canonicũ gloſſa, & Innocentius cap. 1. de rebus Ecc. non alienandis
31 in 6. de rebus fideicõmiſſo ſubiectis l. peto §. prędium ff. de legatis ſecundo, item de re emphyteutica in cuius rei emphyteuticę (obiter dictum) poſſeſsionem tenetur dominus per ſe non per procuratorem nouum emphyteutam mittere gloſ. l. 1. v. vel nolunt ff. de procur. cum regulariter quod quis poteſt per ſe poſsit etiam per alium: At Iudex (reuertor ad propoſitum) ex cauſa poteſt ſine eius domini directi conſenſu mittere in poſſeſsionem, & alienare l. vlt. C. de venditione re. ciuit. vt ex cauſa dotis tam conſtituendæ, quam reſtituendę Auth. Res quæ Baldus nouellus de dote parte ſexta p. 20. & in alienatione rei Eccleſiaſticæ ex neceſsitate nõ ſeruatur ſolemnitas Abb. cap. paſtoralis, de his quę fiunt à prælat.
32 Illud hoc loco obiter obſeruandum eſt, quod ait Seraph. deciſ. prima ex coniecturis pręſumi decretum tale interueniſse, ſed diluuio (ſi fortè contigit) vel incendio, vel naufragio, vel militum incurſu deperditũ: alioquin de ipſo decreto conſtare debet in ſcriptis, quodq; cum cauſæ cognitione ſit interpoſitum, hæc autem cognitio multa, deſiderat Menochius conſilio 80. num. 27.
33 lib. primo Bal. conſ. 45. lib. ſecun. quod decur-

decurſus annorum quinq; vel decem confirmet alienationem, & contractum licet, cum minore non adhibitis ſolemnitatibus bona fide factum: at Tuſcus in v. Tranſ. exiſtimat ſtatim cõfirmandam eſſe hoc caſu, idq; bonæ fidei conuenire, cum ceſſit in vtilitatem minoris, vel monachi.

34 Neceſſariam dationem inſolutum, ſiue venditionem, non impedit vitium litigioſi l. peto, § prędium ff. de leg. primo l. ij. C. de fundo dot.

35 Neceſſaria datio inſolutum, ſiuè Iuditialis impedit repetitionem indebiti (niſi in caſu, de quo in cap. octauo,) & hoc propter rei iudicatæ auctoritatem, l. cũ putarem ff. famil. herſcis, at voluntaria ſecus: maximè ſi fiet ex pacto fœneratitio v g. cum quis paciſcitur, vt pretio ad diem nõ ſoluto, pignũ cedat inſolutum: nam nihilominus licebit debitori pignus luere,

36 C. ad noſtram de empt. & vend. imo hoc caſu pactum redimendi temporale in perpetuum conuerteretur ex magna lęſione: Quod ſi pacto huic adijceretur, licere pignus inſolutum habere iuſto pretio, eſſet venditio ſub conditione, eaq; licita, l. vlt. ff. de contrah. empt. Menoch. conſ. 115. num. 20. vol. primo.

37 Ex voluntaria datione inſolutum facta à teſtatore de re, quam ignorabat alienã,

præ-

præſumitur voluntatis mutatio l. qui poſt C de leg. & ademptio legati l. cum aliena l. Iul. §. Celſus ff. de act. empt. l. fideicōmiſſa ff. de legatis ſecundo, ex neceſſaria non deſumitur huiuſmodi pręſūptio mutationis voluntatis: hoc argumento vtitur Iaſon l. 1. ff. de vulg. & pupil. ad probandum morte pupilli non extingui tacitam vulgarem, quia mors neceſſariò aduenit, ſecus emancipatione.

38 In volūtaria datione inſolutum, quæ fit de iuribus, cedendo iura, pręſtari debet iuramētum ſtatutarium: quod iuramentum Iudex non pręſtat in neceſſaria: quia iuramentum debet eſſe voluntarium: Iaſon l. vbi pactum num. 14. C. de tranſac. Et quia in neceſſaria non poteſt adeſſe fraus, an autē debeat in illa cōſtare de vera numeratione aliter quam per cōfeſsionem Rota Genuę deciſ. 13.

39 In neceſſaria datione inſolutum quęſtio eſt an habeat locum remedium leg. 2. C. de reſcind. vend. nam in voluntaria de hoc non eſt dubitatio. Neguſantius exiſtimat habere locum, ſed concurrente dolo, & lęſione: primo membro, partis ſextæ, num. poſt 28. & quamuis tex. iſti, & authores loqui videantur in venditione, idem tamen eſt in datione inſolutum nam hæc eſt

40 proxima venditioni l. elegāter ff. de pign. act.

Digitized by Google

act. quo loco tractatur quoq; quæſtio, an euicto credito ceſſo inſolutum, & an euicta re data inſolutum, prima actio reuiui-
41 ſcat, veluti pignoratitia: an potius agatur actione vtili ex empto: nempe cum datur inſolutum ſpeties pro peccunia, vt in caſu huius Conſtitutionis: ſi enim fieret permutatio v. g. quia daretur ſpeties pro ſpetie,
42 re data euicta prima actio reuiuiſceret, vt ait Bart. l.ſi pro re ff.de euict. qui citat d.l. eleganter. tex.l.ſi quis ff.de ſolut. verſic.ſi quis aliam rem pro alia volenti ſoluerit, & euicta fuerit res, remanet priſtina obligatio Gaſpar Theſaurus lib.3 q. 73. limitat, ex Bart. l.cum pater filius §. euictis, quod euicta re legata inſolutum non debeatur euictio: quia eſt legatum: ſecus ſi detur à Iud. vel partibus: etſi Bartolus loquitur in terminis diuiſionis.

43 In voluntaria ſi fiat minoris iuſto pretio ob inopiam debitoris arbitror in foro interiori creditorem teneri ſupplere, Butrius cap. quia pleriq;, & in cap. dilectus de Simo. Iaſon §. ſed iſtę de actio: nu. 107. qui
44 loquitur de vicino rixoſo; in neceſſaria, & Iudiciali datione ſecus eſt, vt ſit finis litibus, & vt authoritati rei iudicatæ pareatur: ſimile quid accidit in reditu Cenſuali, nam voluntaria Cenſus conſtitutio debet fieri iuſto pretio, de neceſſaria Bulla Summi

45 mi Pont. non loquitur.

46 Creditor vēdens pignus authoritate Iudicis nō cauet de euictione cum creditoris iure vendit l. 10. ff. de diſtract. pign. ſed tunc cum cauet liberatio debitoris ſtat in ſuſpenſo: incertū eſt enim an ſequatur euictio: ſecuta enim euictione creditor tenetur reſtituere pretium l. 12. ff. de diſtract. pign. At in neceſſaria creditor non cauet nequè ſecuta euictione pretium reſtituit l. 11. §. deniq; ff. de act. empt.

47 In neceſſaria tranſeunt vtiles ſine ceſsione l. poſtquam C. de hęred. vel act. in voluntaria debēt cedi l. inſolutum C. quando Fiſc. vel priua: & admittitur plus offerens licet nimis offerat quamuis in pari oblatione locus ſit gratificationi: ſufficit enim quod debitor ſeruetur indemnis Socinus §. Cohæredes n. 29. n. 30. ff. de verb. oblig.

Datio inſolutum facta voluntate matrimonio conſtante, non liberat: ſecus ex neceſsitate Auth. de Nup. §. dotes.

In voluntaria partes taxant pretium: in neceſſaria calor licitantium: ideoq; nō poteſt prima facie opponi quod non ſit facta iuſto pretio: ſecus in voluntaria, Papienſis in for. exec. ſent. num. 20.

48 Si creditor ſponte accipit pignus inſolutū, fit nouatio, Bald. in conſ. 308. lib. 3. non ita in neceſſaria datione l. ſolutum ff. de pign.

pign.act.Panormit.allegat hoc exemplum
in cap.examinata de Iudicijs num. 14. ad
probandum quod in ſequeſtro neceſſario
nō transfertur poſſeſsio, vnde ille qui poſ-
ſidet non perdit beneficia priora, vt ſcili-
cet incumbat ſibi onus probandi, vel pe-
tendi aduerſario non probante.

Voluntaria datio inſolutum liberat ip- 49
ſo iure : at neceſſaria ſecus : hinc oritur
quæſtio an facta neceſſaria, debitor libere-
tur ab actione perſonali ipſo iure ideſt ita
vt ſecuta euictione creditor nihilominus
poſsit redire ad primam actionem perſo-
nalem de qua Theſaurus quęſtione 74. lib.
2.gloſſa in l.ſi generaliter v.relinquat ff.de
legatis primo:refert enim an ſponte,an ne-
ceſſario aliquid fiat : huius rei ſignum eſt
quod venditione ſponte facta, emptor non
tenetur ſtare colono, at immiſſus à Prætore 50
tenetur ſtare l. emptorem C.loc.l.eum quē
C. de vſufruct. vbi cum vſufructuarius te-
neatur reficere, ſi fecerit impenſas in refi-
ciendo, non debet eas repetere actione ne-
gociorum geſtorum: ſed actione in factum:
vel negotiorum geſtorum vtili. Nam actio
directa negotiorum geſtorum oritur ex li-
bero conſenſu. Cæpola caut. 147. & caut.
123. quomodo res data inſolutum ſalua ſit. 51

Vendere non licet eandē rem duobus, ci-
tra pœnā falſi, vel ſtellionatus: at ſi primus

emptor rei ad Haſtam venditæ non ſoluit pretium, poterit iterum vendi citra pœnã.
52 Farinac. de falſis quæſtione 150. & D. D. l. ſi prædium C. de euict. Nam ſtatuta pœnalia de venditione habent locum in voluntaria: non v. g. quãdo emphyteuta cogitur à Iud. Iaſon l. cætera §. ſed ſi nu. 12. ff. de legatis primo, contra Dec. conſ. 18. viſo puncto col. 1.

53 Rebuffus gloſſa dupli, C. de ſent. nu. 38. & 39. actio quanto minoris habet locum nõ ſolum in emptione; ſed etiam in datione inſolutum, item in re data inſolutum aliena à ſciente debetur intereſſe tam intrinſecum, quam extrinſecum: ſecus in ignorãte: euictaq; re aliena data inſolutum agitur ad intereſſe, & ad capitale l. ſi plus §. 1. ff. de euict.

54 Commune eſt omnibus dationibus inſolutum, vt factæ plus debito vitientur, inferius nu. 447. diſtinguam clarius. Deindè commune eſt omnibus dationibus iſtis, vt non dicantur perfectè ante menſuram: cõmune eſt omnibus, vt accipiens efficiatur dominus ſi debitor eſt dominus, vel certè, vt transferatur vſucapiendi conditio, & vt
55 in vtriſq; habeat locum actio Quanti minoris: & vt debeat reſtitui totum intereſſe cum ſcienter aliquis dat inſolutum (liceat repetere vt clarius res iſta declaretur) rem alie-

alienam, & euincitur: ſin per errorem vt reſtituatur pretium cum intereſſe ſuo: Rebuffius. l. 1. de ſent. nu. 38. Bart. conſ. 121. 56
l. eleganter ff. de pign. act. vt ſimulatæ ipſo iure ſint nullæ commune eſt omnibus: & vt ex læſione enormiſsima, licet titulo tranſactionis factæ, reſcindi poſsint: commune omnib. vt ex cauſa dotis non poſsint argui de ſimulatione Carp. ad ſtat. de ceſsion.

SVMMARIVM.

CAP. II.

Ordinis inverſio quando non vitiat num. 57.
Ordo in teſtamento cæci eſt de forma num. 57.
Cod. de actio. & oblig. tituli declaratio num. 58.

INſcriptio huius Conſtit. nõ conuenit cũ ordine iuris, neq; cũ ordine tex. in textu enim prius agitur de bonis ad Haſtam venдendis, poſtea de ijs dandis inſolutum. 57
Inuerſio tamen ordinis non vitiat, quãdo mens eſt certa l. nec enim ff. ſolut. nec vitiat legem, neq; pręcepta de ſolemnitatibus (niſi aliter caueatur l. hac conſultiſſima C. de Teſtam. vbi pro forma in teſtamento cęci præcedit hæredis inſtitutio) iudiciorum, aut alia, vt colligitur ex gloſſa §. ſunt autem, verſ. ſexto patrono inſtitut.

de bonorum poſſeſſ. l. nec enim ordo ff. de ſolut. §. ante hæredis inſtitut. de leg. l. cum
58 cum pater §. fidei tuę ff. de leg. 1. Cæpola Caut. 90.

Ex hoc vero ordine non licet arguere iuris communis correctionem; iure autem communi nō poſſunt dari bona inſolutum creditori niſi in ſubſidium, vbi videlicet non reperiunt emptorem idoneum, vt legitur in Codice titulo de exec. rei iudic. ſimilis inuerſio ordinis deprehenditur in Codice titulo de actionibus, & obligationibus: cum enim obligatio præcedat actionem, ſicuti cauſa effectum (vt in definitione actionis DD. tradunt) inſcribendus erat Codex de obligationibus, & actionibus. infinita propemodum de ordine con-
59 gerit Felinus in cap. dilecta verſiculo ordo ſcripturæ, de reſcriptis, & Bart. in l. obligationes ff. de actionibus, & oblig. num. 2. 3. 4. ex ordine tit. in inſtit. poſitorum, ſumit argumentum ad probandum an obligatio ex varijs figuris cauſarum ſit eadem cum obligatione ex quaſi contractu:

SVMMARIVM.

CAP. III.

Quod conſtitutio iſta loquitur ſolum de bonis immob. L. Aquil. æſtimatio quanti plurimi num. 61.

Mobilia

Mobilia cohærentia vt vendantur nu. 62. 63.
Adſcriptitij ſeruі num 66.
Interdictum quod vi competit pro arboribus nu. 68.
Immobil. annumerari fundi inſtrumenta nu. 69.
Cenſus annuus inter immob. nu. 70.
Actiones ſunt tertia ſpeties bon. num. 70. 72.
Actio quanto tempore præſcribatur num. 70.
Nomina perſonæ cohærentia ſequeſt. num. 73.
Feudi fructus vendi poſſe num. 74.
Vſufructuarij fructus quando fiant num. 75.

LIcet titulus ſit indefinitè conceptus, & propterea videatur conſtitutio loqui de quibuſcunq; bonis ſiue mobilibus, ſiue immobilibus, quia indefinita habet vim vniuerſalis Bal. l. ſi ſeruitus ff. de ſeruit. vrb. Pręd. l. ſi pluribus ff. de leg. 2. Bart. qui diligentiſsimè hanc queſtionem de indefinita tractat in l. Cęſar num. 17. Conſtitutio tamen intelligitur de immobilibus tantum, quia diſpoſitio conſtitutionis, & verba non conueniunt mobilibus; antequam enim bona debitoris ponantur ad Haſtam pri⁹ ſit excuſsio rerum mobilium, in quibus ſi debitor reperitur ſoluendo, nō eget creditor hac cōſtitutione, ſtultus enim eſſet creditor qui pro pecunia credita, quę facilius redigi poteſt ex venditione mobilium, eligeret immobilia, ad quorum venditionem difficilius, & maiori cum impę-

Digitized by Google

ſa peruenitur: Deinde conſtitutio non poteſt intelligi quod loquatur niſi de bonis immobilibus, quia cum res mobilis diſtrahitur pro rei iudicatę executione, prius res mobilis capi debet in vim pignoris iudicia
60 lis ad exemplum primi cuiuſdam decreti, deinde poſtquam ipſa res mobilis capta fuerit in vim pignoris, more noſtro denuntiatur debitori, vt eam redimat termino dierum triginta, quo termino decurſo venduntur ad haſtā Baldus vero l. p. C. quod ſi propter publicas penſ. quod ſubhaſtatio non eſt leuis ſolemnitas, quia ſemper requiritur in venditione rerum abſentis, & minoris, & quando peruenitur ad ſecundū decretum: verum ait talem ſolemnitatem non requiri in venditione mobilium: ſat enim eſt, quod mobilia vendantur in foro. Panorm. in cap. tua nuper, de his quę fiunt à prelato num. 7. ait in alienatione mobilium Eccleſię precioſarum quę ſeruando ſeruantur eandem ſolemnitatem ſeruandam, quę in immobilium, gloſ. cap. 1. de reb. Eccl. in 6. cæterum vbi mobilia vendita fuerint ad haſtam irreuocabiliter fiūt emptoris: cum vero bona immobilia venduntur authoritate huius conſtitutionis, debitor habet annum ad ea redimendum;
61 itaq; conſtitutionis diſpoſitio non poteſt adaptari ad bona mobilia, cui enim non
con-

conueniunt verba legis; neq; conuenit eius diſpoſitio l. vlt. ff. de Senatus Pariſius conſ. 20. lib. 2. l. inde Neratius ff. ad l. Aquil. vbi ſi infans nondum anniculus occidatur, non poteſt habere locum ęſtimatio quanti plurimi eo anno fuit: natura enim repugnat licet actio legis Aquiliæ non repugnet, facit l. adigere §. quamuis ff. de Iur. Patron. cap. cum ceſſante, de appellationibus.

Imo ſi contingeret capi mobilia immobilibus cohærentia facienda eſſet ſeparatio ex officio Iudicis, ſicut quando quis vendicat vniuerſitatem v.g gregem licet enim 62
Iudex pronuntiet gregem eſſe actoris, fit tamen reſtitutio detractis alienis capitibus Bart. l. poſt actiones §. per hanc actionem ff. de rei vendicatione nu. 2. cohærentia autē hæc eſt multiplex, vel vti ſeruitus, vel vti cenſus, vel aliter, videatur Iaſon l. poſsideri num. 6. ff. de acq. poſs. Qua ſeparatione facta ſeorſim ſingula ſuis pretijs æſtimanda ſunt, & diuerſis pretijs ęſtimāda, Authentica de non eligen. ſecūdo nub. §. aliud vero. 63

Hæc ſeparatio non fieret ſi eſſent mobilia affixa, vt arbores, vt traditur in materia actionis de libello rei vendicationis, l. Marcellus ff. de rei vendicatione, nam aptus eſt libellus in quo peto domum cum ſuis iuribus, licet affixa non numerentur 64 65

quę ſi eſſent ſeparata deberent nominatim exprimi Iaſon in §. omnium nu. 110. inſtit. de act. & quamuis ea quæ ſunt affixa poſsint ſeparari, habentur tamen vti inſeparabilia quia deſtinatione patris familias nō ſunt apta ſeparari commodè, cuiuſmodi ſunt illi ſerui quos priſca ætas voca-
66 bat ſeruos adſcriptitios: quamobrem in l. 1. C. de ſeruis fugit. tex. ait non poſſe eos vſu capi ſi fugiant, cū ſint pars fundi, & numerentur inter immobilia, vt in titulo de ſeru. nō ordin. imo probata poſſeſsione huiuſmodi adſcriptitiorum probata eſſet rei poſſeſsio not. cap. cum M. Ferrar. cap. Cumana. Hoc in numero ſunt fructus pendé-
67 tes l. in lege falcidia ff. ad leg. falcid vbi fructus augent hęreditatem: quia tamen ſeparari ſolent, vt vinū à lagæna, acceſſoriè petuntur, & reſtituuntur.

Interdicto quod vi aut clam iſtud pro-
68 batur: nam hoc interdictum principaliter competit pro immobilibus, mobilia acceſſoriè debentur: nam in interdicto vnde vi venit omnis cauſa adempta ratione ſpolij l. 1. §. hoc interdictum ff. de vi. & ideo etiā mobilia ſicuti vtenſilia cap. grauis de reſtit. ſpol.

Dolia, perpetuum fundi inſtrumentum, quia ſunt coniuncta deſtinatione hominis veluti membrum corpori inter immobilia com-

Digitized by Google

computantur. Deceuallos q. 341. Cæpola 69
de ſeruit. vrb. præd. cap. 19 Ozaſcus deciſ.
62. Rodender de annuis reditibus q. 21.
Clement. tit. de V. ſignif. v. cumq; annui 70
cenſus inter immobilia cēſeantur, imo colonus non poſſet agere rei vendicatione ad fructus de quibus ſupra nondum à ſolo ſeparatos, imo dominus vendendo agrū poſſet eos quoq; vendere, licet remaneret obligatus colono ex conducto.

Actiones, & obligationes non veniunt ſimpliciter appellatione rerū mobilium, neq; immobilium Bart. conſ. 51. Actio tamen ad rem mobilem, ſicut ipſa res triennio præſcribitur, ad rem vero immobilem decem vel viginti annis Specul. de fruct. & intereſſe §. 1. l. is cui vinum ff. de tritico, vino, oleo, Ludouicus concluſ. vnica, de
verb. ſignif. De hac materia Abbas cap. 71
nulli de rebus Eccleſię non alien. nu. 2. 8. 9. 10. Gayll. obſer. Cent. 1. 69. quod annua penſio ad non modicum tempus, vt omnis alia perpetua, licet redimibilis, inter immobilia computetur, quia incertum eſt an, & quando redimatur.

Nomina igitur debitorū ſunt tertia ſpe- 72
cies l. 3. ff. de vſufruct. rerum quæ vſu conſum. & tex. qui ſemper ad hoc allegatur l. quam Tuberonus ff. de peculio: De quibus nominibus propterea conſtitutio iſta non

loqui-

loquitur: danda tamen eſſent inſolutum deductis expenſis, quas debitor facturus eſſet in eis exigendis, & in ſpecto dubio litis euentu Bart. l. 1. C. de bonis maternis: non eſſet iniquã locus huic conſtitutioni, quæ vult detrahi tertiam de æſtimatione vendendorum, & item dari annum ad redimendum: quia nomen pecuniarium exactum per rerum naturam redimi non poteſt pecunia vſu conſumpta: ideoq; in cautione ſiuè cum fideiuſſore, ſiue iuratoria quam vſufructuarius præſtat habetur ratio mobilium quæ veteraſcunt, & fit mentio eorum quæ vſu conſumuntur D. D. cap. cum conſtet de pigno.

73 Et ſi cum agitur de nominibus perſonæ cohærentibus, creditores vtantur non iſta conſtitutione ſed ſequeſtro: quod ex abuſu huius Ciuitatis conceditur non præuia illa cognitione ſummaria quæ de iure fieri debet ex Dec. l. fin. C. edic. D. Adrian. & cum iure communi non fiat niſi in ſubſidium: niſi quis ageret hypothecaria, vt ait gloſ. l. 2. C. quando Fiſcus lib. 4.

74 In quo Iudex ex officio interdicit debitoribus ne ſoluant creditori ſed præcipit quod ſoluant actori: qui modus eſt decernendi poſſeſsionem ſeu immittendi creditorē in quaſi poſſeſsionem nominũ, & iurium incorporalium, ſiue perſonæ,

ſiue

ſiue rebus cohærentium: ex Specul. Bart. in l. à D. Pio §. ſic quoq; quomodo capiantur nomina debitorum;facit ad hęc quod publicata domo non ſequitur publicanda eſſe inſtrumenta, & quod dicitur legato fundo non cedere inſtrumentum: ſed hoc in pœnis accidit, & in legatis diuerſa ratione nempe, vt mobilia ſeparentur licet ſint affixa l. interdum §. item D. Seuerus ff. de publicanis.

De feudo an comoditas poſsit vendi, ſiue de ea creditor inueſtiri gloſ. cap. quãto. d. 63. & hoc caſu quis teneatur ad ſeruitia Bart. §. ſi de vectigalibus ff. de damno infec. vbi de exercitio iuriſdictionis, in qua exercenda conſiſtunt eius fructus.

Quod ſi vſufructuarius eſſet debitor, agendo creditor ad fructus, non vteretur beneficio huius conſtitutionis: quia antequam ſeparentur ſunt pars fundi, & mero iure ſunt proprietarij, ſeparati autem à ſolo inter mobilia computantur.

Addatur ad cognoſcendum hic agi de 75
immobilibus, quod conſtitutio (vt dicetur in cap. 12) vult adiri Iudices competentes, cum pro venditione mobilium poſsit dari caſus veluti contra ſuſpectum, vt incompetens Iudex adeatur; nam ſuſpectus poſſet etiam capi per incompetenté Curtius tract. de ſequel. quæſt. 15. Bart. l. ait

Præ-

Prætor §. ſi debitorem.ff. de his quæ in fraudem.

SVMMARIVM.

CAP. IIII.

Ad Haſtam quæ nam ſint vendenda. n. 76.
Subhaſtationis forma . num. 77.
Creditor non ſemper poteſt petere vt ſibi detur inſolutum . num. 78.
Haſta quid ſignificet in hoc loco . num. 78.
Genuæ Cannella in ſubbaſtatione. num. 80.
Abbates notariorum an poſsint conſequi præmium pro creando Notario . num. 81.

76 NEguſantius in tract.de Pign. primo, memb. P. ſextę: ait ad haſtam vendi debere pignora capta pro executione rei iudicatæ : Bona minorum : Bona Eccleſ. Collegij: Decur. fiſci. C. de Præd. Decur. abſentium :ex Baldo in lege ordo C. de exec. rei iudic. & l. fin. C. ſi propter penſitation. publ. & C. de fid. inſtrum. & iure haſtæ; omnia deniq; quæ ſine decreto non poſſunt alienari nec locari. l. pœnes C. de
77 Vectigal. Bertach.de Gabel. P.7. ex communi Pinel.l.2.P.2.n.25. ad fin. C. de reſcind. vend. forma autem ſubhaſtationis, vt traditur in lege licitatio.ff. de public.eſt

vt

vt cędulæ exponãtur in bonis ſolitis, litteris claris, vt pluries, & interpellatis vicib. & præſente Iudice ſiuè officiali fiat. l. ſed et ſi pupillus ff. de inſtit. act. Neq; n. per vnicã ſubhaſtationẽ diceretur ſatisfactũ bonę fidei, qua creditor vti debet in ſubhaſtatione curare enim debet creditor, vt calore licitantium pretium rei vendendæ quoad fieri poteſt augeatur: id vero augeri, & vltra iuſtum quoque pretium peruenire poteſt cum licitatio durat per aliquos dies: Nam ſicut mare tumet vento flante pluribus diebus, & venti conſurgunt ex flatu plurium dierũ adeo vt poſtea non facilè quieſcat: ſic in ſubhaſtatione, ſi haſta repetatur, rumor rei vendendæ creſcit, vt non ſit difficile reperire emptorem, eumque etiam quandoq; emacem, & rei acquirendæ cupidum. Haſtam hac de cauſa Ouid. Poet. & I. C. longam vocat, in lib. 4. de Ponto, & propterea Seraphinus, qui deciſ. dixit ſubhaſtationem non eſſe neceſſariam cum creditum excedit pretium rei, eo quia fraus in hoc nulla argui poſsit, & ſubhaſtatio ſit inuenta fraudis remouendæ cauſa, videtur refellendus: ſiquidem ſubhaſtatio fit etiam vt debitoris conditio quoad fieri poteſt melior fiat, ſi forte emptorem nanciſcatur emacem.

Hęc

Digitized by Google

78 Hæc ſi obſeruentur, & nō exiſtat idoneus emptor, poterit creditor iure merito ceſſante omni fraudis ſuſpitione, petere dari ſibi bona inſolutum, vt pluribus in locis cauetur in Codice tit. de execut. rei iudicatę, & maxime l. fin. etſi enim conſtitutio noſtra de iſta l. fin. nullam mentionem faciat, cum tamen ius Codicis in hoc nō ſit correctum, nec nos illud debemus corrigere, quia legū correctio eſt vitanda, maximè quia quod de creditore diximus caueri dicta l. fin. cauetur quoq; iure Auth. vt creditores primū aggrediantur §. quod autem Conſtit. 4.

An primus licitans liberetur per ſecundi offerentis licitationem, & quando, & an ab offerente maius pretium ſit exigenda cautio ne eludat, fortaſſe enim explorandi tantum pretij cauſa licitatur D, D. in ea lege licitatio §. qui maximos fructus, & an conductor in licitatione vectigalium prioris conductionis ſit præferendus.

Quæret aliquis cur dicantur bona poni ad haſtam, cum in Ciuitate Mediolani nunquam in ſubhaſtationibus haſta videatur; ſed tuba tātum præconis audiatur, alibi ſonus campanæ, ex conſuetudine: Reſpondeo ſermonem eſſe reſpicientem antiquam cōſuetudinem: nam antiqui cum vendebant bona debitorum haſtam figebant, vt ea viſa

79 licitantes, quaſi bello laceſsiti, de pretio

depræ-

depręliarentur. Budęus in Dictionario forenſium vocabulorum in verbo, ab haſta fundum quærere, vt enim Græcis, teſte T. Liuio oliua pacis inſigne, ſic haſta belli, & Martis: nam haſtam in manu Martis dextra, & alteram ſiniſtra antiqui ponebāt, ex Gellij interprete cap.5.lib.4.v.haſtas Martias: Hinc factum arbitror, vt haſta inueſtituræ feudalis ſignum eſſet: tit. Quid ſit inueſtit. Conſtit. feud. ſicut pallium Pontificię dignitatis cap. ſignificaſti de elect. & ſtipes ſtipulationis gloſſa §. 1. inſtit. de 80
verb. oblig. anuli quoq; miſsio, vnde manauit mos, vt detur anulus in ſignum Doctoratus Abbas cap. ex ore ſedentis, de his quę fiunt Prelat. in regione Genuæ Baculus illi canellam vocant in ſubhaſtatione ſublatus eſt ſignum cōtradictionis, eaq; canella viſa differtur ſubhaſtatio donec fuerit cognitum de iuribus contradicentis cum tali canella.

An deputati poſsint exigere pecuniam, 81
vt conueniant, & præſtent conſenſum haſtæ ſicut Dominus directi, & an Abbates quando creant Notarium D. D. l.Curial. Cod. de præd. decur.

SVM-

SVMMARIVM.

CAP. V.

Origo huius conſtitutionis.
Emens debet eſſe in bona fide duobus temporibus numer. 83.86.
Condictio furtiua datur contra hęred. num. 84.
Quadrupli pœna in furto num. 85.
Pecunia non venit in hypotheca generali num. 87.
Conſtitutione iſta plenius cōſulitur quam iure Codicis num. 88.89.

QVæret aliquis cur placuerit Principi edere hanc conſtitutionem pro creditoribus pecuniæ numeratæ non vini, non olei, non aliarum rerum: Reſpondeo propter vſum pecuniæ frequentē: in comercijs enim nulla alia re magis vtimur, quam pecunia numerata, eius enim vſus eſt commo-
82 dior: ſolent vero Principes in legibus ferendis curioſius ſe ſe gerere circa contractus qui magis frequentantur; ea de cauſa in venditionibus, & emptionibus rerum eiſq; præſcribendis, & acquirendis lex re-
83 quirit vberiorem fidem, ita vt non ſolum tempore contractus; verum etiam traditionis adſit in acquirente, & præſcribente bona fides: hac de cauſa ab frequentiam furto-

furtorum, datur condictio furtiua contra 84
hæredes furis, cum regulariter ex delictis
defunctorum non detur in hęredes niſi actio
in factum de eo, quod ad eos peruenit, quæ
actio in factum eſt Prætoria, & à prima di-
uerſa: Bart. C. in rub. ex delictis defunct. 85

Eadem de cauſa .i. propter frequentiam
furtorum lex voluit in quadruplo (furti a-
gendo) non computari rem: cum tamen in
vi bonorum raptorum inſit rei perſecutio;
nam magis frequentātur furta, quam rapi-
næ, gloſa in §. ex maleficijs inſtituta de
actio.

Et quod dixi in emptione requiri bonā 86
fidem duobus temporibus, cum in alijs con-
tractibus ſolum tempus traditionis, id ait
gloſa §. aliæ inſtit. de act. & l. 3. ff. de vſu-
cap. pro ſoluto. Iaſon §. ſed iſtę in materia
Publicianæ num. 79. & Angelo.

Hac de cauſa nempe quia pecunia alie- 87
nationi ſemper parata videtur, & vſibus ho
minum maxime deſeruire, non venit in ta-
cita hypotheca bonorum: nec in generali
obligatione: nec in legato facto de omnibus
bonis; ſicut neq; nomina debitorum veniūt
niſi in inſtrumento ſint mandatæ directæ
Iaſon in §. item Seruiana num. 42. 47. 48.

Quæret aliquis quorsū opus fuit hac cō-
ſtitutione, cū creditoribus alijs legibus cō-
ſultum eſſet, vt toto tit. C. de execut. rei iud.

loquor cõtra debitores cõdemnatos actione perſonali, nam in reali nunc non verſamur, contra autem debitores non condẽnatos aduerſus quos latitantes propter contumaciam,& abſentiam iure communi nõ poterat procedi niſi in caſibus exceptis cap. quoniam frequenter, quia non poterat cum eis lis conteſtari, ſed procedebatur ad primum, & ſecundum decretum dato libello præcedentibus peremptorijs gloſ.l.ſi finita § Iulianus.ff. de damno infecto, licet ſummariè quoad primum decretum, plenius quoad ſecundum Gloſa l. Fulcinius l. dũ apud, fin. C. de bonis auth. Iud., aduerſus inquam debitores nondum condemnatos nihil noui iſta conſtitutione cauetur.

88 Pinguius vero iſta cõſtitutione cõſulitur creditoribus aduerſus debitores cõdemnatos, quam ex legibus, iureq; communi ex tit. de excut. rei Iudic. in Codice Ñam iure codicis pignora capta pro executione rei iudicatæ iuſto pretio vendi debent: hac vero conſtitutione accidit, vt deducta tertia vendi poſsint nec cogitur creditor ipſemet ad ea in ſolutum iuſto ſcilicet pretio accipiendum, ſicuti cauetur Auth. de litigioſis §. ad excludendas, & §. omnem, collatione octaua.

89 Deinde iure Codicis executio contra debi

torem

torem condemnatum initium ſumebat à pignore iudiciali,& differebatur venditio, & ſubhaſtatio per aliquot mẽſes,vt dixi n. 189. & num. 190. hac conſtitutione ommiſſa pignoratione peruenitur ad bonorum immobilium venditionem,& licitationem lapſis viginti diebus,quanquam & iure ciuili,& iure iſto mobilia prius excutiantur.

SVMMARIVM.

IN CASIBVS IN QVIBVS &c.

CAP. VI.

Debitum quando ſoluendum in pecunia. n. 90. 91.
An iſta Conſtitutio habeat locum in contractibus innominatis. num. 91.
Quod etiam volente creditore ipſo iure ſolutio non fit in alia re vt liberatio contingat. num. 92.

CAſus in quibus debitum ſoluendum eſt in pecunia numerata non eſt difficile, in actione perſonali (nã de ea nobis ſermo eſt) ex apta concluſione libelli, ſiue petitionis cognoſcere: nã in ea concluditur ad dandum, ſiuè ſoluendum in pecunia numerata: cognoſci quoque id poteſt ex natura contractus in qua pretium eſt de eius ſubſtantia, vt in venditione, emptioneq; 90

locatione, mutuo naturali, pecuniæ numeratæ, vel litterarum obligatione poſt biennium: vel cum ratione delicti, ſiuè poſt moram re perempta Iudex condemnat ad rei æſtimationem, vel ad aliquod intereſſe, vt in ſtipulatione rati.

21 De contractibus innominatis conſtitutio interim non loquitur: nam in eis ſolutio eſt variabilis, & conſtitutio loquitur in caſibus in quibus debitor præcisè iure communi pecuniam cogitur ſoluere: quia iure communi aliud pro alio ſolui non poteſt: imo magna apud veteres Iuriſconſult. olim
22 dubitatio fuit, an ipſo creditore etiam volente aliud pro alio ſolui poſſet, ita vt liberatio contingeret: neceſſe enim fuit Imperatori legum latori hanc controuerſiam lege lata dirimere. hinc illa in Codice de reſcind. vend. l. pretij cauſa non pecunia numerata, ſed pro ea pecoribus inſolutum datis conſentienti, contractus non conſtituitur irritus. D. D. de hac materia l. certi condictio ff. ſi cert. pet.

SVMMARIVM.

D E B I T V M, &c.

CAP. VII.

Debitum propriè eſt quod petitur actione perſonal num. 93.

Debitum non eſt quod petitur actione criminali numer. 93.

DEbitū propriè eſt quod petitur actione perſonali : quod autem petitur actione reali, aut offitio Iudicis, vel actione criminali non eſt propriè debitum : poteſt tamen fieri debitum, ſi in æſtimationem deducatur. eſt materia de qua gloſa, & D.D. in deffinitione actionis, initio in inſtitutionibus in V. debetur: vbi Iaſon in §. ſupereſt de naturali debito ſi deducatur in conſtitutum, ex l. 1. §. debitum ff. de conſtit. & de pœna pecuniaria num. 37. 98. 99. 108. & idem Iaſon in §. item ſi quis nu. 57. quod abuſiuè debitum ex maleſitio dicitur debitum Arbiter quoq; pro bono pacis poteſt rem vni adiudicare alteri æſtimationem : licet de hoc expreſsè in compromiſſo non ſit data facultas, quod videtur 93

eſſe aduerſus Bart. l. Acquiliana ff. de tranſact. atq; ita Arbiter poteſt facere debitum.

SVMMARIVM.

SOLVENDVM EST, &c.

CAP. VIII.

Gerundium ſignificat neceſſitatem num. 94.
Indebiti repetitio an veniat in caſu huius conſtitutionis num. 95.
Indebiti tractatus cur locetur in tractatu de rebus creditis num 96.
Differentia inter debitum primęuæ obligationis, & ſecundæ num. 97.

A Debitore principali, vel hæredibus neceſſariò, & præcisè vt denotat v. ſoluendum: nam gerundium eſt quod ſignificat neceſsitatem: Bald. l. 1. C. de hæred. inſtit. gloſſa, & tex. §. 1. de oblig. in inſtit. verſic. tunc enim verè quis eſt debitor cum neceſsè habet, ſoluere, & obligationi nulla exceptio opponi poteſt: debitor ergo ſub conditione v. g. ſi vult redimere, non eſt in caſu huius conſtitutionis, quia poteſt nolle redimere.

95 Verum dubitari poteſt an cõſtitutio trahi

hi debeat ad caſus improprios, cum ſit à iure communi aliquantulum deuia: fingamus hæredes, vſurarij conueniri condictione indebiti ad vſurarum reſtitutionem, materia eſt Innocentij cap. Michael ex. de vſur. Bart. l. Ciuilis ff. de priuat. delict. nu. 8. hoc caſu actor non eſt propriè creditor; conuenitur enim ex delicto ille qui deliquit, & ideo non eſt propriè debitor, quia non tenetur ex contractu, vulgò tamen huiuſmodi appellantur debita: quare Alciatus rectè obſeruat tractatū in Digeſtis tit. de condictione indebiti, collocatum fuiſſe à compilatoribus inter alios tractatus ſpectantes ad res creditas l. 1. §. cuicunq; rei nu. 9. ff. ſi cert. pet. & quia conſtitutio intelligitur non ſolum de debito ex contractu: 96
ſed etiam ex alia cauſa, ideo tex. Conſtit. huius loquitur non generaliter, ſed in ſpetie, & limitata, videlicet in caſibus in quibus &c. nam conſtitutio non habet locum in omnibus debitis ex omni caſu: hoc eodẽ argumenti genere vtitur Rebuffus in gloſſa V. in omnibus caſibus: nu. 1. in repetitione l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod

Illud habet dubitationẽ an cõſtitutio loquatur de debito ex primęua (vt aiunt) obligatione, an ex ſecũdaria ſolũ: v.g. ratione doli, vel culpæ ſiue (vt vtar verbis clarioribus) agatur de debito ab initio pecunia- 97

rio, an ex accidenti ab initio v.g. debebatur ſpeties, vt vinum, oleum, alimenta, ſed poſt moram ex offitio Iudicis, vel aliter, ſicut ex ſtipulatione, cæpit pecunia deberi l. in executione §. item ff. de verb. oblig., & vt in exemplo l. 1. ff. de penu legata, de eo qui iuſsit vxori dari alimenta, vel certos numos, & in caſu cum quis dolo deſijt poſſidere, & in arbitrarijs, de quibus ff. de eo quod certo loc. Dubitationem facit illud,
98 quod aiunt D.D. referre an aliquid ſit certum origine, an ſit certum per accidẽs, nam vulgo dicitur inſpiciendam originem eſſe contractus, Alciat. l. certi condictio num. 36. nu. 37. gloſſa l. ſi creditori ff. de legatis primo l. 1. §. non ſolum verb. initium ff. depoſiti. facit gloſſa §. Pauonem inſtit. de rediuiſ. l. §. Beſtias ff. poſtul.

Verum conſtitutio intelligenda eſt de vtroq; caſu, & de vtraq; obligatione: nam conſtitutio loquitur, quando agitur de credito liquido, & pro quo iam eſt conceſſa executio, cum ante res deducta eſſet in iuditiũ: cum autem res deducta eſt in iuditiũ non inſpicitur origo l. licet verſic. ſed ipſam iudicati veluti obligationem: deindè conſtitutio loquitur indiſtinctè. Bart. valdè acutè in lege filius familias. §. procuratorem ff. de procur. quærit an procurator conſtitutus ad agẽdum, defendendum,

ſol.

ſoluendum, ſatisfaciendum cogatur de ſuo ſoluere, reſpondet non, niſi poſſet ſatisfacere de rebus domini, atq; hoc vltimum dictum ſit obiter.

SVMMARIVM.

IN PECVNIA NVMERATA, &c.

CAP. VIIII.

Speties quomodo diſtinguatur à pecunia n.99.n.105.
Spetiei loco an intereſſe poſsit ſolui num.105.
Pecunia implicanda an veniat in caſu huius conſtitutionis num.101.
Caſus cum pecunia eſt in obligatione. ſpeties in ſolutione num. 102.
Datio inſolutum de ſpetie eſt permutatio num.106.
Caſus cum creditoris eſt electio an rem vel pecuniam velit num. 107.
Caſus obligationum in faciendo num.108.
Sententia ſemper parit nouam obligationem numer. 109.

SI quis autem peteret pecuniã, vt ſuam, eam vendicando ab eo qui ſuſcepit à dante mutuũ de aliena pecunia, ſecus eſſet; niſi vbi obligatus ad eam reſtituẽdam condemnaretur poſtea ad intereſſe.

Quid ergo ſi debitũ eſſet ſolueñ. in ſpetie? 99

ſpe-

ſpecierum voco quæ non variatur ſed ſem-
per eſt eadem: nam pecunia variatur, dum
vnitati additur dualitas, & dualitati ad-
ditur numerus ſequens, & ſic deinceps;
quæro igitur an loco ſpeciei poſsit pecunia
dari, etſi dari poteſt, an danda ſit ad for-
mam huius conſtitutionis? Quęſtio iſta,
eſt alterius loci, de qua D.D. tractant cum
100 diſputant an venditor cogi debeat præciſe
ſpeciem, remq. tradere, quam pœnes ſe ha-
bet, & an liberetur præſtando intereſſe ſi-
uè eius æſtimationem, gloſſa inſiſtit. de
empt. in v. tradatur, & in §. pretium. ar-
bitror vero quęſtionem iſtam pendere ex
ijs quæ diximus proximè in cap. 8.

101 Quid ſi pecunia ex pacto collocãda ſit vt
ex ea ematur prędium vel vt in tuto ſit
(quod potius præſumitur in dubio, §.
Flauius ff. de verb. oblig. an erit locus huic
conſtitutioni? dubium facit, quia hic vi-
detur potius agi quiduis aliud, quam vt pe-
cunia ſoluatur, nec videtur agi vt dominiũ
pecunię transferatur in creditorem, ſed vt
ea vtatur is cui numeratur tanquam nun-
tius, vel mandatarius, vt in §. mandantis
tantum gratia, Inſtit. de mandato lib. 3.
& l. ſed etſi paterf. ff. ad macedonianũ, ſicut
quando vxor dat viro pecunias dotales,
quas vult collocari pœnes numularium, vt
inde onera matrimonij maritus ferre poſ-
ſit,

Digitized by Google

ſit, videtur iſto caſu, & ſua vxoris, & mariti gratia ita mandare l.ſi cum dotẽ ff.ſoluto matrim. cap. per veſtras de donat. inter virum nec velle dominium pecuniarum liberum eſſe viro; at conſtitutio videtur loqui in caſu diuerſo: cum ſcilicet pecuniarum vſus, & abuſus pertinet, & debet eſſe periculo creditoris: loquitur enim conſtitutio, quando pecunia ſoluenda eſt ſimpliciter, & ſine adiectione. At cum pecunia 102
eſt ſoluenda cum conditione, & adiectione eam collocandi, non tam ſoluenda eſt ad creditoris abuſum, & liberũ arbitrium, quam ad arbitrium, & vſum numerantis. qui caſus ſunt diuerſi: refert enim an aliquid ſimpliciter, an cum adiectione debeatur, vt dixi c. 15. lib. 2. facit ad hoc illud
Amedei in quæſt. Laudimialibus q. 37. 38. 103
39. ſi quis promiſit dotem ſoluere in pecunia numerata, ita vt loco eius d tur in ſolutum res immobilis, quod vnicum debetur Laudimium quia agitur de vnico contractu.

Dubitari quoq; poteſt an conſtitutio ha 104
beat locum cum pecunia quidem eſt in obligatione: at ſpecies in ſolutione, vt de hoc eſt caſus in l.ſi quis ſtipulatus fuer t decem in melle.ff.de ſolut. ſed iam dictum eſt conſtitutionem. non loqui de iſto caſu; ſed cũ omnino, & præciſe iure communi debitor

cogitur

cogitur ſoluere pecuniam quæ ſola eſt, in obligatione, & in ſolutione: atq; ideo idem de ea dici, & reſponderi debet cũ debetur pecunia vti ſpecies l. talis ſcriptura. ff. de legatis primo. Quæret aliquis quomodo pecunia numerata poſsit deberi vti ſpecies cũ ſpecies illa ſit, quæ certis terminis ijſq; communibus terminetur, & circumſcribatur; at in pecunia numerata quilibet de-
103 narius, vt dixi n. 99. habeat propriam circũ ſcriptionem: Reſpondeo iſtud fieri ratione corporis in quo denarij continentur, & aſſeruantur, vt pecunia videlicet poſsit deberi tanquam vnum corpus v. g. ſi partes paciſcantur de dando pecuniam omnẽ, quæ eſt in arca vel in ſacculo, loco pretij rei vẽditæ: hoc caſu pecunia debebitur nõ ex emptione, ſed ex contractu innominato; nam in emptione pretiũ debet numerari §. pretium inſtit. de empt. De hoc igitur caſu cõſtitutio non loquitur; quare ſi fieret datio in ſolutum ex cauſa huius pecuniæ non eſſet propriè datio in ſolutum, ſed potius permutatio, vt rectè admonet Cephalus part. 2. ſuorum reſponſorum.

106 Dubitari quoq; poſſet an conſtitutioni huic ſit loc⁹ eo caſu cũ creditoris eſt electio, an rem vel pecuniã velit: vt in caſu de quo Bilocta allegatione 2. v. g. loco ſeruitij per-
107 ſonalis à feudatario preſtandi Rex poteſt

inui-

inuito feudatario eligere pretium, cũ feudatarius non haberet pecuniam, eò ventum eſt, vt opus eſſet diſtrahere prædium, an diſtrahendum ſit in ſubſidium ſeruata forma huius cõſtitutionis, & detracta tertia parte? Reſpondeo ſeruari debere formã, & ſolénitaté huius conſtitutionis propter clauſulã iſtã, quia debitum ſoluendũ eſt in pecunia numerata: loquitur Bilocta de Adoha, allegat Iacobũ de Aiello in tractatu de Adoha.

Idẽ poteſt dici de obligationibus facti, vbi debitor eligat ſoluere æſtimationem, ſiue intereſſe, namq; poteſt iſtud facere regulariter, D. D. l. ſtipulationes nõ diuiduntur ff. de verb. oblig. & facere poſſumus regulã generalẽ. Quod vbicunq; res, ſiue factũ deducitur in iuditium oritur ex ſententia noua obligatio l. eum qui emit v. is qui precario ff. de furtis, l. quæſitum eſt v. planè. ff. de precario. Si quis igitur loco vini mutuo dati, cuius pretiũ tẽpore ſolutionis decreuit eligeret, (quod poteſt) ſoluere æſtimationẽ l. vinum ff. ſi certũ pet. licet ab initio debitor eſſet ſpeciei, non pecuniæ, & ab initio nõ eſſet in caſu huius cõſtitutionis, attamen, quia poſtea voluit teneri ad pecuniã, proculdubio eſſet in caſu huius conſtitutionis Iacobus aũt de Arena ex Alciato l. vinũ n. 20. n 30. cenſet debitoré tritici, vini, olei & ſimiliũ ſpecierũ ex ęquitate ſoluendo ęſtimationẽ liberari. 108 109 110

SV-

SVMMARIVM.

LIQVIDVM Q. SIT &c.

CAP. X.

Liquidum debitum quodnam ſit num. 111. 123. 124. 126. 128. 130.

Executio cum familia armata. num 112.

Executio cum clauſula ad frangendum. num. 113.

Depoſitum ſolum ex omnibus contractibus habet paratam executionem. num. 114.

De Guarentigia. num. 115.

Appellatio quoad ſuſpenſiuum. num. 116.

Inſtrumento quęnam exceptio opponatur. num. 117. 118. 119. 120.

Poſitionum pronuntia non nocet fideiuſſori. nu. 121.

Interlocutoria ad duas vices reuocatur. num. 125.

Calculi exceptio. num. 126.

Feudatarius non computat fructus in ſortem. n. 127.

Calculus habet executionem paratam. nu 128.

Laudum non habet executionem paratam. num. 129. 130.

Summariæ cauſæ contentantur ſemiplena probatione num. 131.

Liquidatio quod fiat quandoq; dum lis eſt. n. 132. 133.

Incontinenti quando fiat. num. 134. 135.

Liquidatum differt à liquido. num. 136.

Obligatio quæ reſolui poteſt. num. 137.

Char-

Chartularium Curiæ probat. num. 138.
Expenſæ in genere non retardant executionem. n. 139.
Præceptum cum famulo exequitur pro parte liquida. num. 140. 141.
Exceptio excommunicationis. num. 142.
Liquido opponitur incertum. num. 145.
Caſus certi. num. 145.
Notorium. n. 147. *& quod requirat ſententiam ibid.*

LIquidum eſt debitum cui nulla exceptio legitima obſtat; ſat vero eſſet excipere tu non es in caſu: ſed Iudex cogeret ad inſtantiam actoris exprimere cauſam lege prima C. vt quæ deſunt cap. conſtitutus de elect. cap. ex inſinuatione de procur. liquidum eſt cum non obſtat exceptio litis pendentiæ: non attentatorum: non dici venturi: non conditionis purificandæ: non ſimulationis: non ſolutionis: non compenſationis: non falſitatis: non calculi, non menſuræ, non pretij incerti l. quod ſępè. ff. de cō trahenda empt. cui deniq; non poteſt opponi tergiuerſatio aliqua: ſed ad quod conſequendum procedi poteſt amouendo quæcunq; obſtacula v. g. cum proceditur ad formam cap. ſi per apparentem, nam non facta cōtradictione executor poteſt habere ſecū armatos ad exequendum ſine impedimento, & ad propulſandam iniuriam, non tamen ad eam inferendam: Caſſadorus in ſimil. 111

ſimil. Deciſ. ſexta de cauſa poſſeſſ. nam cũ nulla eſt facta contradictio ad pręceptũ cũ famulo, proceditur veluti ſuper quodam notorio ex inſtrumento iuncta confeſsione tacita debitoris, qui nihil cõtradixit ex ſtatuto ſiue ordine Senat. Excellentiſs. quamuis etiam iure communi ex ſola cõfeſsione fieret pręceptum aduerſario vt ſoluat l. ſi debitori de iud. & 11 q. 1. C. vos quemquã. Regulariter requiritur ſententia, ſententiaq; requirit proceſſum: ſed Mediolani vbi nihil tempore debito probatum eſt, poſt factam cõtradictionem ad præceptum cum famulo Iudex immitit familiam armatam,
113 vt exequantur rem iudicatam ſiue inſtrumentum rogatum à Notario, frangendo hoſtium, Abb. cap. vt in domibus de immunit. Eccleſ. n. 5. n. 6. Neq; hoc caſu præceptum exequendi continet clauſulam iuſtificatiuã Iaſon §. nec quicquam ff. de offi. Præſ. ex his intelligi poteſt quando dicatur debitũ eſſe liquidum.

Regulariter eſt inſtituenda actio, gloſa inſtit. de act. v. in iudicio: in princ. cum iure cõmuni nullius contractus habeat executionem paratam præter depoſitum ſicut etiam vltima voluntas, teſtamentumque
114 Boerius deciſ. 295. res quoq; iudicata à qua non fuit appellatum, vel ſi eſt appellatum poſtea deſerta eſt appellatio vel appel-

latio.

Digitized by Google

lationi non eſt deuolutum quoad ſuſpenſiuum.

Bart. l. omnes Codice de ferijs, inſtrumēta guerētigiata ait habere paratam executionē: ſicut ſententia definitiua idem iſtud 115
repetit l. ſi quis ſtipulatus nu. 4. ff. de ſolut. & plùribus alijs in locis: ſed Mediolani in inſtrumentis nō inſeritur à Notarijs hęc clauſula guerentigiæ de qua Menoch. conſ. 37. nu. 61. vol. 1. & Iaſon in l. Gallus. Sed vbi illa adeſſet inſtrumentum exequitur facta prius pronuntia illud eſſe exequendum, & 116
vbi pars appellat ſubijcitur Decreto ſaluis, & ſine p̄iuditio legitimæ retractationis, & reiecta appellatione quo ad ſuſpenſiuum ea admiſſa quoad deuolutiuum: nam hoc caſu ſtatur potius pronuntiæ, & ſententiæ quam appellationi: agitur enim de actu momentaneo, & retractabili, & ita fieri debere, & obſeruari ait ex communi Negulantius deciſ. 187. allegat Specul. de act. ſeu petit. §. ſuper petitionibus num. 12. idem Surdus deciſ. 27. & Ego vidi idem obſeruari ab Iudicibus Eccleſiaſticis in foro Archiepiſcop. licet in inſtrumento non ad eſſet clauſula guerentigiæ, ſed ſola pacta executiua Caſ- 117
ſadorus autē in ſuis deciſ. ſæpè repetit aduerſus inſtrumentum non poſſe opponi niſi de ſimulatione, & falſitate maxime ſi haberet pactum Camerale.

118 Exceptio autem quæ includeretur in eodẽ inſtrumento, & ex eodem fonte manaret vt diei nondũ præteriti, ſiuè termini nondũ maturati, impediret illud exequi Bart. l. Diuus & l. proinde ff. ad l. Aquil.

Exceptio quoq; peremptoria, vt ſolutionis, vel ex numero earũ, quæ poſt ſententia opponi poſſunt, vt eſt exceptio Niſi in quãtũ, de quib. l. 1. C. de Iuris, & facti ignor.

119 Exceptio tu non es in caſu v. g. aduerſus fideiuſſorem petentem exonerari, vel quia diu non ſtetit in obligatione, vel quia nulla ei infertur moleſtia, nec poteſt replicare, quod principalis dilapidet, vt l. Lucius Titius ff. Mand. & Cod. Manda. faciunt ne debitum ſit liquidum.

120 Exceptio in ſummarijs volo probare in continenti, habeo probationem paratam, differũt executionem Bart. in extrauagan. ad Reprimen. v. ſumariè, vel vitium viſibile impedit hęredem agentẽ adipiſcendę ne mittatur in poſſeſſ. C. de edict. D. Adriani: exceptio tu es ſuſpectus de calũnia; reijcitur præſtita fideiuſsione de reddendo cap. ſuſcitata dereſtit. in integ.

121 Exceptio nondum pronunciatum eſt, impedit ne debitum ſit liquidum, nam teſtes non faciunt rem liquidã ſed ſententia Abbas cap. cũ in Diœceſi de vſur. Couaruuias variarum Reſol. lib. 3. cap. 3. n. 4. l. ſolã C. teſt.

teſt. nec poſitiones pronuntiatæ, cõtra minorem facerent rem liquidam vt num. 28. contra maiorem ſecus, ob contumaciam. l. Fulcinus ff. quibus ex cauſis.

Liquidũ eſt de quo conſtat ex poſitionibus pronuntiatis: non tamen quoad fideiuſſorem l. 3. C. de vſu. rei Iud. additio ad Bart. in l. B. quia ficta confeſsio non preiudicat fideiuſſori, ſicut neq; iuramentum fideiuſſoris nocet principali Bald. l. omnes populi col. 14. nec obſtat quod Senat. Excellentiſsimus ſoleat reſtituere contumacem ſolutis expenſis, ad retractandum poſitiones, quia interim non impediretur ſubhaſtatio, licet vt dixi poſſet retractari idq; argumento tex. & notatorum lib. 3. inſtit. tit. de eo cui libert. cauſa bo. addicuntur. 122

Liquidum eſt de quo conſtat ex coniunctione plurium ſcripturarum, ſicut teſtium quorundam: Nellus de teſtibus nu. 1180. Iaſon in. l. certi condictio §. quoniã 9. 10. 123

Liquidum eſt de quo adſunt duæ conformes deffinitiuę, vel interlocutorię habentes vim deffinitiuæ: interlocutoria enim vltra duas vices reuocari non poteſt, gloſa in Clementina fin. de appellationibus D. D. in l. quod iuſsit, & l. 4. §. condemnatum ff. de re Iudic. & in nouis Mediolani Conſtit. tit. de appel. § lata: Myſingerius obſer. 165. 45. vbi ẽtan Iudex poſsit ſibi ad arbi- 124

triũ reuocãdi interlocutoriã facultatẽ reſeruare; itẽ liquidũ eſt de quo extat ſententia Imperialis, ſiue Senat⁹ à quib⁹ ſcilicet reclamare nõ licet l. 1. ff à qb⁹ app. l. fin. C. de leg.

Liquidum eſt cui obſtat error calculi; nã
126 interim poteſt exequi, alias debitor poſſet ſemper excipere de calculo Rebuff. de ſententijs Prouiſ. vel compenſationis fructuũ in ſortem, caſus eſt enim ſpecialiſsimus in domino feudi, vt non teneatur fructus computare in ſortem l. 1. 2. C. ſi pignus pignori Abb. c. ſi clerici de Iudicijs Iaſon. §. fuerat n. 26. de act. Bald. Auth. ei qui verſ. quęro
127 mulier miſſa eſt in poſſeſsionẽ: in quibus locis tractatur quæſtio an creditor immiſſus teneatur computare fructus prius cum intereſſe, & poſsit deducere intereſſe eo quia cum poſſet non curauit dationem in ſolutum, & ideo repelli poſſet exceptione, ſiue replicatione doli ex quo ſtat per eum, facit l. nam etſi fur ff. ſi certum petatur l. emptor prædium ff. de rei vindicatione.

Calculatio aũt calculatoris à Iudice ele-
128 cti habet executionem paratam l. inſtar. C. de iure Fiſci Bart. n. 12. quia nõ ſolum probat, ſed etiam vti delegatus interloquitur, & eius Relatio eſt quędam interlocutoria.

Liquidum quoq; eſt illud quod eſt deciſum iuramento, ſententia, arbitramento, teſtamento, inſtrumẽto ex nouis Mediola-

ni

ni conſtitutionibus lib. 2. de Arbit. §. deciſa ſed quod Conſtitutio ait de arbitramentis eſt contra Ius cõmune. Nam iure cõmuni 129
laudum nõ habet paratã executionem, ſed agitur ex ſtipulatu licet Hoſtienſis contrarium velit in cap. Quintaualis.

Liquidũ dicitur iuxta materiã ſubiectã: 130
nam in ſummarijs fit ſemiplena probatio: eodẽ modo cum petitur ſententia Prouiſionalis v.g. in funeraria, in legatis pijs, cum agitur de ſuſpecto tutore, cum de cõfiſcato lite pendente, cum de Mercatore extero, cum de ſolutione ficti, cum de filio ſub conditione inſtituto, cũ de alimẽtis prȩteritis,
cum de inope, qui obtinuit ſententiam. 131
Rebuffus de ſentent. Prouiſ.

An vero lite pendente poſſit creditor liquidare creditũ ea ratione quia illa quæ in continenti fiunt videntur ineſſe l. duos reos fin. ff. de duob⁹ reis quæſtio eſt de qua D. D. l. fin. ff. de liberal. cauſa Iaſon rub. ſolut. Ma
trim n. 36. 37. 38. Bald. l. per diuerſas C. mã 132
dati n. 10. Bart. l. ſi Titius, & Seius ff. de v. oblig. reſpondet diſtinguendo poſſe liquidari quando agitur ad actionẽ acquirendã, ſed ſecus quando fit vt ſententia exequatur.
Ripa de leg. Reſp. 13. de fideiuſsione præ- 133
ſtita incontinenti cum forma debeat præcedere l. foramẽ ff. de ſeruit. l. 1. §. quotidiana ff. de aqua quotidiana de his quæ inconti-

Digitized by Google

nenti fiunt extat. tractatus candidiſsimi animi, & candidiſsimi ſtili, ſummi I. Cod. nunc Senatoris Regij D. Pauli Belloni.

Aliter autem fit liquidatio in remedio retinendæ, aliter ſi quis agat contra rapiētem ex incendio, aliter ſi ad executionem inſtrumenti Couarr. Var. Reſol. lib. 1. cap. 11. & incontinenti quidem quando fiat arbitrarium eſt Iudici Bart. l. compenſat.
134 C. de compenſ. v. g. ſi opponatur de compenſatione, de calculo v. g. Nou. op. Nunt. incontinenti fit intra tres dies l. intra tres dies ff. de re iud. in repellenda vi cū moderamine tutelę, ſi ſtatim repellatur: in ſtipu-
135 lationibus, ſi pars reſpódeat antequā diuertat ad actus extraneos, ſed de hoc hactenus.

136 Iaſon l. ſeruū ff. de vulg. & pupil. de ſtat. Florentię puro, & liquido, an habeat locū in liquidato v. g. à calculatore, & ait habere locū; licet calculus requirat ſententiā, quæ illum confirmet: l. inſtar C. de iure Fiſci.

137 Alciatus l. pecuniā ff. ſi certū petatur quęrit an pro obligatione pura, quæ poteſt reſolui ſub cōditione, interim executio poſsit concedi, ait poſſe, data cautione de reddendo, ſi cōditio extiterit, exemplū ex Hoſtieſi in sūma, titulo de probationibus v. g. condēnatus fuit aliquis ad ſoluendū centū ea lege vt ſi cōſtabit plus debito ſolutum reliquatis rationib⁹, illud reſtituatur. quo loci Hoſtié-

ſis

ſis obiter admonet chartulariũ Curię ꝓbare. 138
Si petatur executio inſtrumenti ſolet etiã cõcedi pro expẽſis in genere debitis, vt dicã cap.19.lib.2. ſed obſtabit exceptio dilatoria volẽti ẽt pro expẽſis fieri ſubhaſtationẽ; quãuis vſu receptũ ſit ꝙ fiat liquidatio 139
ante inſtrumentũ dationis inſolutũ, ſiue vẽditionis: imo Maſſa in praxi obligatorũ ad forũ Cam. particula, 4.q.1.n.9. requirit interlocutoriã ſuper liquidatione intereſſe.
An vero Iudex parte nõ opponẽte poſſit, vel teneatur ſupplere sũt op. Iaſ. l. lecta n.22.
Sed ſi quis trãſmitteret pręceptũ cũ famulo pro ſcutis cẽtũ, & ꝓbauiſſet de quinquaginta, poſſet impetrare executionẽ pro liq.dis, reliqua poſſet cõſequi ordiẽdo iudicium à capite corã eodẽ Iudice, ex not. gloſ. §. ſi minus inſtit. de act. & per DD. l. quidã exiſtimauerũt ff. ſi certũ petatur veluti quoq; ſi ageretur de cõtractu ſiue nominato, ſiue innominato cui acceſſoriè pecunia accederet, & DD. aiunt in materia Permutationis, & Abb. c. ad quęſt. de rerũ Permutatione, nam debitor huiuſmodi pecuniæ licet debeat partim ſpetiẽ, partim pecuniam eſt in caſu huiꝰ cõſtitutionis, nam verũ eſt eum teneri ad ſoluendam pecuniam, quod ſufficit, vt conſtitutioni huic ſit locus.
Reſtitutio in integrum impediret executionem l. 4. §. condemnatum DD.

142 Exceptio excommunicationis impediret executionem, & ſubhaſtationem: Hoſtienſis in ſumma eod. tit. nu. 16. licet obſtet tex. C. is quæſtione 6. ſed text. ille loquitur in alio caſu: nam ſicut nullus tenetur communicare excommunicato ita neq; ſoluere.

143 Exceptio tu non probaſti mutuũ verſum in vtilitatem minoris, vel Eccleſiæ, age igitur contra Tutorem, vel Oeconomum, impedit ſubhaſtationem.

144 Exceptio non aditæ hæreditatis l. vt debitum C. de hæred. act. item exceptio quod agatur de re communi Bart. l. Atteius ff. de aqua plu. l. ſi de communi ff. ſi ſeruit. vendi. gloſ. de pœn. D. 1.

145 Liquido opponitur incertum: certum eſt enim illud, quod eſt liquidum, & plus certo fortaſsè eſt illud, quod eſt liquidum: quamuis quinam ſint caſus prorſus certi adhuc ſub Iudice lis eſt, & valdè cõtrouerſum in iure, & maximè apud interpretes le-
146 gis. 1. C. de ſent. quę ſine certa quantitate &c.

147 Liquidum differt a notorio, ſiquidẽ notorium requirit ſententiam maximè in criminalibus, licet reus eſſet confeſſus l. 1. C. confeſ. & notatur cap. porro de Diuortijs: at liquidũ non eget vlteriori ſententiã not. l. pronide 2. in fine, & in gloſa ſatis diſert a ff. ad leg. Acquil. quæ gloſa in hoc propo-

ſito

ſito valde eſt obſeruanda.

148 Vbi debitum non eſt liquidum, qua cautela ſolutio póſsit in longam protrahi Cæpola caut. 27. & quid vbi creditum eſt liquidum tantum pro parte dixi ſupra nu.

SVMMARIVM.

NEC ALIO MODO SVCCVRRI POSSIT, &c.

CAP. XI.

Lex à Diuo Pio dicitur Scalaris num. 149.
Executio à quibus rebus incipiat num. 149.
Clauſula vbi alia ratione non poſsit ſuccurri declarata num. 149. 150. 153. 154.
Interdictum recuperandæ eſt ſubſidiarium num. 150.
Subſidiarium remedium num. 151.
Sententiæ exequendæ gradus num. 152.
Stipulatio imperſonaliter prolata vitiat num. 155.
Leg. magis puto ff. de reb. eor num. 157.
Creditor omiſſa excuſsione hypothecarius poteſt incipere ab ſubhaſtatione num. 158.
Vniuerſitas vt non excutiatur num. 159.
Mobilia clerici cum capiuntur num. 161.
Excuſsionis materia num. 162.
Solemnitas ordinis vt poſsit omitti num. 163.
Excuſsio non eſt neceſſaria in nominibus num. 164.
Solutio diuerſimoda vt fiat num. 165.
Principali conuento vt liceat redire ad fideiuſſorem num.

Digitized by Google

num. 166.

Negatiuæ probandę onus. n. 167. 168. 172.

Interlocutoria tacita. n. 169. 170. 171.

Falſitas relationis nuncij an vitiet alienationem. num. 173.

Mobilia habere loco diſtanti, & non habere paria. num. 174.

Habitationem duplicem habens vt conueniatur. num. 175.

Correi vt excutiantur. n. 176.

Mobilia acquiſita poſt cęptam ſubhaſtationem. num. 178. 179. 180.

Nouatio fit litis conteſtatione. n. 180.

Variatio creditori permiſſa. n. 180. 181. 182.

Debitor cepta venditione immob. non poteſt offerrę mobilia. num. 184.

CReditor debet eſſe minus grauis debitori quam fieri poteſt: hoc enim viri boni officium eſt, & hoc lex præcipit, l.
145 A. D. Pio. ff. de re iudicata hanc legem ego ſoleo nominare legem ſcalarem: nam pręcipit per quos velut in ſcalis gradus creditor non per ſaltus ſed gradatim gerere ſe debeat aduerſus debitorem, ad hoc vt in exigendo ſit ei minus grauis, quam fieri poteſt: nam tunc demum lex illa permittit bonorum immobilium venditionem, cum ex rerum mobilium venditione non poteſt ſatisfieri creditori: facit ad hoc tex. l. ſi quis ſepul-

ſepulcru m ff. de religioſis, & ſumptibus in ea lege præcipitur, vt creditori primo ſatisfiat ex pecunia, ſecundo ſi pecunia nõ eſt, vt diſtrahantur tempore peritura. tertio ſi quid auri, argentiuè: quarto vt ſumatur à debitoribus, à quibus facile exigi poteſt: idem præcipit tex. l. 1. ff. de Carboniana verſ. primum ex pecunia numerata, ſi ea non fuerit ex rebus quę patrimonia magis onerare impendio, quam fructibus augere conſueuere. Quæ ſit igitur vis iſtius clauſulæ, quam nunc interpretamur, indicant textus de quibus ſupra, nam clauſula iſta, 149
videtur habuiſſe rationem eorum, quæ traduntur in dicta l. A D. Pio fortaſſe aliquis dubitare poſſet an remedium huius conſtitutionis, ſit ſubſidiarium, eo quia textus 150
loquitur ſub conditione, vbi ſcilicet alio modo ſuccurri non poſſit: deinde etiam dubitare an ſit ſubſidiarium remedium ſicut actio de dolo, ſicut offitium Iudicis contra debitores debitorum l. non prius Codice Quando fiſcus l. quid ergo ff. ad municip. ſicut actio aduerſus ſtipendia, Nouella Conſtit. 53. vt ſubſidiaria in illos qui à tutore ſatis dationes exigunt §. ſciendum inſtit. de Satiſd. tut. Sicut interdictum recuperandæ (quod pauci obſeruant) ex gloſa l. cum à te, ff. de vi, verb. non poſſum, & ideo etiam Reintegrandæ, nempe contra tertiũ

ſicut

ſicut Reſciſſoria, quæ etiam Pauliana, & interdictum fraudatorium; nam competit creditori facta prius excuſsione bonorum debitoris, & vbi inuenerit debitorem non eſſe ſoluendo agit contra poſſeſſores qui in fraudem emerunt, miſsiq; ſunt in poſſeſsionem bonorum ipſius, agit inquam, ad reuocandum.

Certè ſi quis admiſerit remedium iſtius conſtitutionis eſſe ſubſidiarium, rarus erit vſus ipſius, propter hyppothecariam, quæ de ſtylo notariorum ſemper accedit inſtrumentis in actione, ſiuè obligatione perſonali, & de qua hyppotheca Notarius ſemper cenſetur rogatus. Bald. l. 1. fin. ff. ſolut. matrim. Hoc vero etiam ſi admiſerimus hyppotehcaria inuenta pro creditoribus erit eis quandoq; impedimento ſuum alio iure proſequentibus. Vndè ſi res ſic ſe habet poteſt dubitari An creditor teneatur prius excutere tertios poſſeſſores, vel debitores debitoris. certum eſt autem non poſſe, niſi in ſubſidium, Auth. de fideiuſſ. §. ſed neq; Collat. 1. certum eſt quoq; remedium ſubſidiarium non competere vbi de
1 alio lex nos fulciuit, vt ſępius traditur in tit. de Nou. op. nunt. exempla què ſexcenta obſeruanti occurrunt l. ſi me & Titium ff. ſi certum petatur, & in materia teſtium lex ait non admitti infamem in teſtem niſi

ſi in ſubſidium, & cum tormentis: neq; Magiſtratus, neq; Priuilegiatos, neq; prohibitos, niſi in ſubſidium Albericus de Teſtibus cap.6.n.23.

Arbitror huic dubitationi poſſe nos occurrere, ſi dixerimus hanc clauſulam non loqui de actione, ſed de remedio exequendi rem iudicatam, ſiue inſtrumentũ liquidum, deq; facultate data Iudici exequenti, qua ſcilicet via vti debeat in exequendo: Nam Iudex ſemper quemadmodum Medi 152
cus, à leuioribus ordiri debet in cõpeſcendo cõtumaces, proptereaq; Abbas. in c. tuæ fraternitatis, vt lite non conteſt. cum excõmunicatio ſit odioſa quęrit in perſonali, 153
Iudex ne potius incipere debeat contra debitorem contumacem à miſsione in poſſeſſionẽ ex primo decreto: nõ loquitur igitur hæc clauſula de actione aliqua inſtituẽda, ſed de facultate conceſſa Iudici, & creditori, qualis eſt ea de qua tex. l. 1. ff. de queſt. verſi. inopia probationum ſerui in do 154
minos torqueri poſsũt in pecuniarijs: loquitur textus nõ de aliqua actionẽ, ſed de facultate quadam, & indulgentia legis.

Reſpondere quoq; poſſumus verba legũ, quandoq; reſpicere actionẽ, ſiue obligationẽ, quandoq; executionem verbum. n. ſuc- 155
currri hoc loco reſpicit executionẽ, & ſatiſfactionem, qui termini obligationis, &

execu-

excutionis differunt, vt patet exemplo ſtipulationis; nam vitiatur ſtipulatio ſi quis interrogatus reſpondeat ſatisfiet: nam debet reſpōdere, ſpondeo quod ſatisfiet, quia ſpōdeo eſt verbum obligationis at ſatisfiet eſt verbum executionis.

Comprobatur hæc interpretatiò ex traditis Auth. de fideiuſſ. Collatione prima verſiculo Nec vlla mobili ſubſtantia, loquitur ibi Authentica de excusſione, quæ prius fieri debet in rebus mobilibus, quibus non repertis poſtea peruenitur ad venditionem immobilium.

Ad id quod ſuperius opponitur de ſubſidiaria, reſpondetur. huiuſmodi quæſtioni locum eſſe cum agitur de credito nondum in iudicium deducto, nec deciſo, nec liquido, & cum adhuc incertum eſt qua potius actione agendum ſit; tunc enim actor ſtudet libello, & actioni recte concipiendæ: At cum creditum eſt liquidum quia creditor habet rem iudicatam ſiuè habet in prōptu remedium executiuum, tunc ſtudet
156 ſatisfactioni. Vt vero ei ſatisfiat minori cum damno, & impenſa debitoris, & celerius quoq; ipſi creditori ſatisfiat, prius Iudex pręcipit excuti larem, & ſuppellectilem debitoris.

157 Similis clauſula reperitur in textu l. magis puto ff. de rebus eorum, verſiculo.

Nec

Nec aliunde exolui, quam ex diſtractione prædiorum: loquitur tex. de non diſtrahendis prædijs minorum, niſi prius excuſſis mobilibus, nominibus, fructibus reditibus, & Bart. in Auth. Hoc ius porrectum num. 19. Quando inquit Eccleſia habet nomina, debent prius vendi, quam immobilia §. vero magis puto loquitur de exequenda ſententia in rebus, quæ faciliorem parant viam ad ſolutionem. Idem §. in venditione ff. de re Iudicata, intereſt enim minoris (modo petatur) quod prius vendantur nomina, ſicut Eccleſiæ.

Reſpondere quoq; poſſumus ex Iaſone in §. item ſeruiana n. 69. Quod prouiſio hominis, non tollit prouiſionem legis, quæ eſt iuris ordinarij: Cum igitur iſta conſtitutio ſit ius ordinarium, ideſt commune omnibus, eius remedium non eſt ſublatum, licet quis habeat hypothecariam.

Imo creditor qui habet bona mobilia, & 158
immobilia obligata poteſt ommiſsis mobilibus agere ad immobilia, capiendo, & diſtrahendo, ſiue agat contra obligatum, ſiue contra fideiuſſorem l. 8. ff. de diſtrac. pign. l. mulier gloſa. 1. ff. qui potiores in pignore Auth. Hoc ſi debitor. C. de pign. idq; etiam cauetur ſtatuto communis Mediolani cap. 173. & cap. 155. vol. primo vbi agitur de pactis executiuis, & de licentia ingrediendi.

Si

159 Si facienda eſſet executio contra Vniuerſitatem, quę non habet mobilia, non eſſet locus excuſsioni ordinariæ, agi verò deberet
160 ad Arcam communem faciendam, & imponẽda eſſet collecta modo quo docet Bart. l. 4. §. Actor ff. de re iudic.

Rebuffus in tit. de legibus ex cap. fin. de
161 Vita, & honeſtate Clericorum ait mobilia Clerici non poſſe capi, niſi pro penſione domus, ſed hoc in Gallia, verum Mediolani capiuntur. Materiam excuſsionis proſequitur Iaſon in §. item ſi quis nu. 67. 68. in materia Reuocatorię, quę non competit niſi
162 facta excuſsione.

Decóſenſu quoq; expreſſo Procuratoris
13 poſſet iſte ordo, & iſte circuitus, & hæc ſolemnitas omitti, licet procurator ad hoc nõ haberet mandatum ſpeciale Caſſadorus deciſ. 3. de reſcrip. quia, inquit eſt ſolemnitas leuis præiuditij.

164 Bart. l. nomen quoq; C. quę res pignori nu. 8., quod non eſt neceſſaria excuſsio cum non agitur ad nomen debitoris: alij contra.

Quęro an debitor pecunię numeratę poſſit ſatisfacere ſoluendo partim pecuniam,
165 partim aliud, ex cauſa ſaltem inopiæ? reſpondeo iure Digeſtorum non fuiſſe id permiſſum, tum quia iura Digeſtorum nolebãt aliud pro alio ſolui poſſe: tum quia illo iure erat abſurdum ſolutionem fieri diuerſimode

ſimode l. in exequtione ff. de verb. obl. ſed iure Codicis iſtud permiſſum eſt.

Quæro ſi principalis ex parte ſatisfecerit, an liceat creditori redire ad fideiuſſorem? Reſpondeo in hoc D. D. non conuenire l. ſi ego decem ſtipulatus à Titio ff. ſi certum petatur. 166

Quęro cui incumbat onus probandi hanc ne- 167
gatiuā, alio modo non poſſe ſuccurri? Reſpondeo dicenti, & agenti ad immobilium venditionē ſicut de decreto, & alijs ſolemnitatibus extrinſecis Bart. l. quod in libellum Codice de
fide inſtrum. l. in illa ſtipulatione ſi Calendis 168
ff. de v. ob. l. vtrum ff. de pet. hæred. l. ſi poſt acceptā ff. de rei vēdicatione. Res. n. eſt iſta quę oculis vel ſubijci poteſt, vel non poteſt iuxta diſtinctionem Bart. in l. dies cautioni n. 4. nu. 5. ff. de damno infect. quo in loco agit de excuſſione perſonæ, & citationibus, & affert exemplum de bonorum excuſsione. Peregrinus de fideicomiſ. art. 43. copioſe de probanda negatiua. Iaſon hoc caſu exigit interlocutoriam, & vt Iudex pronuntiet locum eſſe venditioni de immobilibus: quia cōſtat ex relatione nuntij, (ita enim apud nos receptum eſt) non adeſſe mobilia, ex quorum precio ſatisfieri poſsit creditori. Quod ſi fieret, vtile quandoq; foret, ne debitor aliquando opponat non ſeruatā fuiſſe ſolemnitatem conſtitutionis, & propterea non teneri vendere ad formam conſtitutionis. Ex interlocutoria autem orietur credito-

169 ri actio in factum, & fiet via ad vlteriora, niſi debitor appellet: omiſſa autem interlocutoria citra appellationem poterit dici de nullitate;
170 extra De dilation. cap. 1.

171 Sed tamen Iudex cum poſt conculſionem in cauſa (etſi Mediolani nunquam conculditur,) vel poſt oppoſitam exceptionem excuſſionis: procedit ad vlteriora tacitè interloquitur, & pars, quæ grauatur poteſt appellare ab hac tacita interlocutoria Abbas conſ. 22. ex Alex. in l. quod iuſsit.

172 Negatiuam vero, vt dixi ſuperius, tenetur probare ille, qui ſe fundat in ea, ſiue agat ſiuè excipiat Innoc. cap. ſuper his, de accuſ. Bart. l. in illa ff. de verb. oblig. vel facta poſitione (ſecundum tamen ius ciuile non fit poſitio negatiuæ) Bart. nu. 159. de diferentia inter ius Ciuile, & Canonicum.

173 Crederēquoq; quod poſitionibus pronūtiatis de more, ſi re integra moreretur debitor; quod hæredem non afficeret contumacia: quia contumacia eſt delictum, & in pœnam delicti fit pronuncia poſitionum: ſed pęnæ non tranſeunt ad hæredes.

Baldus. l. quod ſeruus ff. de cōditionibus ob cauſam, negatiuā v.g. quod quis non ſit ſoluendo, ait probari eo ipſo quod ſtatuto debitori termino ad ſoluendum non ſoluit.

Quare an venditio facta de rebus immobilibus propter falſam relationē officialis qui retulit

tulit non extare mobilia, cum tamen extarent, debeat retractari ex capite falſi? Reſpondeo poſſe retractari l. 3. C. ſi ex falſis inſtrumentis: aliud, ſi dolo debitoris sũt occultata: tenetur ẽt officialis in ſolidũ D. D. l. ſi multi publicani ff. de Publican. Bart. in hac quæſt. in §. in vẽditione, de re iud. n. 9. ꝙ creditori ſiuè emptori poſſit opponi de dolo: quaſi hoc ꝙ priꝰ mobilia capi debeãt, & excuti ſit fauor debitoris, vt ibid. n. 5. cui ꝑpterea debitor poſſet renũtiare, itaq; hęc quęſtio redditur quoad debitorẽ ſuperflua.

Quæro ſi quis habeat Romæ mobilia, & Mediolani lis ſit, an debeant excuti mobilia iſta quæ ſunt in Ciuitatę Romæ? Reſpondeo non eſſe neceſſe: quia perinde eſt atq; ſi huiuſmodi mobilia non haberet, cum ea poſsideat loco nimis remoto, ex not. per gloſ. l. 2. ff. qui ſatiſdare cog. faciunt ad hoc notata l. ſententiã Romæ. 174

Quęro ſi debitor partim Mediolani habitat, partim Ruri, an fiet vtrobiq; excuſsio? Reſpõdeo ſatis eſſe quod fiat in loco vbi reperitur tẽpore cęptę ſubhaſtationis, ad exẽplum excuſſionis perſonalis, de qua Bart. in l. dies cautioni §. Prætor ait num. 9. 175

Quid de duobus reis debendi, ambos ne creditor teneatur excutere antequã perueniat ad venditionẽ immobiliũ? Reſpondeo nõ eſſe neceſſe, quia nõ eſt auferenda electio creditori, qui poteſt agere cõtra quẽ vult ex duobꝰ, & cõtra vtrumq; l. creditor C. de duobus Reis. Pere- 176

Digitized by Google

grinus de fideicommiſ.art.92.n.74.ait quod fideiuſſore omiſſo vxor grauat i poteſt inuadere bona fideicommisſi: nã licet authen. Res quæ,
177 ſit remedium ſubſidiarium, datio tamen fideiuſſoris ſit ad cautelam; ergò non debet afferre damnũ vxori l.legata inutiliter ff. de adimend. legatur, & prouiſio cõuentionalis non derogat legatis, imo ius iuri addit, ex Caſtrenſi conſ. 15.col.3.

178 Quæro ſi debitor acquiſiuerit bona mobilia. poſt incæptam ſubhaſtationẽ de immobilibus, an creditor poſsit redire ad mobilia? & an poſſit variare, donec ei ſolutum ſit, quod videtur l.ſi ex toto v. ſolutum ff. de legatis 1. deinde Iudex qui tulit interlocutoriam poteſt eam
179 reuocare gloſa l. 1. in v. vel addi ff. de Præto. ſtipula: contrarium fortaſſe alijs videbitur, eo quod res ſemper iudicanda ſit ſecundũ ſtatum
180 cæpti Iudicij, ex cumulatis per Crauetã conſ: 325. col.2.l.moueo C. de ſeru. export. nam litis conteſtatio habet vim neceſſariæ nouationis, ea enim acquiritur ius irreuocabile l.2.ff. de opt.leg. C. ſi tibi abſenti, de prẹb. ij. quæſt. 8.cap. liberorum, Baptiſta Coſta conſ. 134.ait quod creditor poteſt variare, & licet cẹperit agere ad rem poteſt nihilominus capi facere debitorem: iſtud non habet dubitationem, ſi ſubſit cauſa ſuſpicionis fugæ, ad hoc vt ſaltem cogatur ad ſatiſdandum; additio ad gloſſam in §,fi. inſtit. de inutil. ſtip. alij diſtinguunt, quia

aut

Digitized by Google

aut electio defertur ab homine, velut à teſtatore, aut à lege l. eum qui certarum ff. de v. oblig. l. in cõmodato §. rem cõmodatam ff. commodati, vbi Bart. materia eſt, de qua D. D. l. Serui electione ff. de legatis primo & l. conſen
taneum C. quomodo, & quando, minor certe 181
poſt impetratam reſtitutionem in integrũ poteſt variare, & nolle vti ea: cum tamen ea non concedatur niſi lite conteſtata cap. accedens vt lite non conteſt. l. etſi Iudex ff. de minoribus Mandellus conſ. 9. n. 30. ex Bart. in l. admonẽdi
ait ex cauſa actorem poſſe variare, modo non 182
ſit lata ſententia, vel concluſũ in cauſa. poteſt igitur in vtramq; partem agitari iſta quæſtio etiam ex gloſatore in cap. ex litteris de Diuortijs in quæſtione an lata ſentẽcia ſuper Diuortio vir tamen poſsit variare, & vxorẽm repete-
re: an certè ſtandum ſit ſemel placitis l. nec. n. 183
ff. de itinere, actuq; priuat. Qua ratione debitor non poſſet fortaſſe offerre inuito creditori mobilia, poſtea acquiſita ad impediendam vendicionem de immobilibus iam cæptam: quia ſe-
mel iudicium fuit legitimatum, & ex acciden- 184
ti non debet mutari natura rei l. qui habebat ff. de ſucceſsionibus, licet fortaſſe creditor poſſet variare. ſicut in dicto cap. ex litteris, vir poteſt variare, & vxorem repetere: quaſi abſoluto eo, ea tamen non ſit prorſus abſoluta, nec liberata à lege viri.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

AD HOC VT SATISFACTIONEM In pecunia numerata conſequi poſsit omnes Iudices competentes &c.

CAP. XII.

Iudex quilibet eſt competens in voluntaria iuriſdictione num. 185.
Donationis inſinuatio num. 186.
Citatio poteſt comitti parti num. 186.

RECtè textus ait competentes: nam dantur
185 caſus in quibus poſſunt etiã adiri incompetentes §. præterea v. cõpetentes inſtit. Quibus modis ius Patriç &c. talis eſt emancipatio, inſinuatio donationis, & omnes actus voluntariç iuriſdictionis, & quãdo periculum eſt fugç.
186 Imo poteſt quandoq; Iudex ipſi Actori cõmittere, vt citet, vt vendat, vt inſolutum accipiat, maximè habita ratione pactorum executiuorum, niſi immineat periculum armorum, gloſa l. meminerint l. non eſt ſingulis ff. de regulis iuris.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

ADITI, &c.

CAP. XIII.

Executio inſtrumenti ſine libello num.187.
Executio ſententiæ qua actione num.187.

OMiſſo libello petitur executio rei iudicatæ ſiue inſtrumenti de credito liquido, agendo cõtra nominatum in ſententia, vel eius hæredem, ne lites ex litibus fiant l.fin. Cod. de fruct. & litium expenſis: idq; implorando officium Iudicis, neq; nego quin poſsit agi actione in factum, quæ oritur ex ſententia petendo exequi rem iudicatam l.fin.in fin. Cod. de præſcrip. longi temp. 187

SVMMARIVM.

A CREDITORE; TENEANTVR Statuto prius debitori viginti dierum termino &c.

CAP. XIV.

Debitor condemnatus habet dilationem num. 188.
Debitor pignoratus habet aliam dilationem num. 182.
Dilationes longiores habet debitor iure communi num. 191.
Dilatio ad ſoluendum in cauſis priuilegiatis num. 192.
Dilatio legalis an prorogetur num. 193.
Alimentorum cauſa num. 198.
Terminus dierum viginti ſtatuitur ſine citatione num. 199.
Appellatio ab interlocutoria tacita num. 199.
Terminus viginti dierum non intimatur die feriata num. 200.
Mora non tollitur ex dilatione legali num. 201.
Mora ex conceſſione termini quando tollatur num. 202.
L. in fideicommiſsi ff. de vſur declarat a num 204.
Terminus dierum viginti quando iteratur num. 204.
Solemnitas ſuperflua quando reiciatur num. 209.
Terminus dierum viginti contra notoriè non ſoluendo nu. 210. 211.
Actio nulla. & inepta diferunt num. 211.
Forma ſeruanda eſt num. 211.

Actio.

Actiones perſonales vocantur condictiones num. 211.
Condicere quid ſignificat num. 212.
Ordinem iuditij partes non poſſunt remittere num. 213.
Executores teſtamentarij non ſeruant iſtam conſtitutionem numero 214.
Terminum dierum viginti prorogat procurator numero 215. etſi quis eo durante ſubhaſtat duplicatur, num. 216 & quanto non currat numero 217. & an afficiat hæredem numero 218. & an Fiſcum numero 218. & an tertium nu. 219. & an agendo pro reſiduo iteretur nu. 222. & an proſit alijs creditoribus nu. 269. 270.
Reſidui crediti petendi formula num. 224.

IVre Digeſtorum, & Codicis condemnatis actione perſonali dantur quatuor menſes ad ſoluendum, nec citius poteſt perueniri contra debitorem ad primum Decretum; lapſis 189 vero quatuor menſibus, antequam pignus poſſet vendi, concedebantur eidem debitori, miſerationis cauſa, alij etiam duo menſes, cap. quærenti de off. delegati. Neguſan. primo 190 membro, ſextæ p. nu. 7. & nu. 8. cum tamen Hoſtienſis lib. 2. de præſcrip. nu. 2. in ſumma, dixerit iure communi dari quatuor menſes debitori pignorato, in actione perſonali, antequam mandetur executioni ſententia: qui tamen intelligendus eſt iuxta ea quæ docet Neguſantius dicto primo memb.

Cum itaq; terminus iſte dierũ viginti videa- 191 tur ſubrogatus loco quadrimeſtris ꝙ dabatur

iudi-

iudicatis ad perquirendum pecuniam numerandam, & loco quoq; bimeſtri quod dabatur debitori ad luendum pignus captum in actione perſonali DD. l. ij, Cod. de vſur rei iudicatæ §. omnis ſtipulatio inſtitut. de verb. oblig. & §. fin. inſtit. de inutil. ſtipul. cum gloſſa, hinc queſtiones nonnullæ oriuntur, prima an Iudex poſsit terminum prolixiorem concedere: ſecunda an in cauſis priuilegiatis ſit locus huic termino: quæ enim celeritatem deſiderant non ſubiacent regulis communibus: ſicut cauſa damni infecti: ſicut cauſa alimento-
192 rum, & ſimiles cauſæ: quia in ſummarijs latè patet authoritas Iudicis in arctando dilationes Bart. conſ. 97. & idem l. qui ſemel Cod. quo modo, & quando num. 14. ait in concedenda dilatione ſeruandam eſſe fori conſuetudinem:
193 exiſtimat tamen in dubio non licere: quia cum ſit terminus legalis, Iudex non poteſt eum prorogare: Iudex enim ſubeſt legi non autem eſt ſuperior: & eſt expreſſum in tempore à lege dato ad petendum reſtitutionem in integrum, quod Iudex non poteſt illud prorogare l. ſuperuacuam Cod. de temp. in integrum reſtit.

194 Cum quæritur, an iſte terminus habeat locũ in cauſis breuibus? Reſpõdeo nõ habere: quamuis enim conſtitutio generaliter loquatur lex
195 tamen generaliter loquens, non trahitur ad ea, de quibus in ſpecie, lege, ſiue ſtatuto cautũ eſt v.g. quod credatur libris mercatorum ad certã

ſum-

ſummam vel de exequẽdo pręcepto cũ famulo, in quibus lex vel ſtatutũ dat certã formã, præſcribendo modũ procedẽdi: eo quia ſpecies derogat generi: cautũ eſt v.g. in ſpecie in cauſis ſu- 196
marijs non dari dilationes prolixiores, ex notatis per Bart. & alios. v. ſummariè. Ad reprimen. & l. fin. ff. Quorum appel. non recip. & tit. extra, vt lite non conteſt. inter quos caſus connumerari debet ſtatutum tollens dilationẽ per verb. ſtatim, protinus ſatisfiat, vel ipſo iure 197
Iaſon l. in illa ſtip. nu. 4. nu. 7. ff. de verb. oblig. vel vbi Princeps cognoſceret, vel alius inferior iuſdiceret de cauſa miſerabilium perſonarum, vel de pia cauſa, & alijs cauſis in quibus Iudex nullo petente tenetur ſupplere, de quibus cauſis Bart. l. dies cautioni ff. de damno infecto, & 198
Bart. in ſpecie de alimẽtis, ne quis fame pereat l. qui pro tribunali n. 5. ff. de re iudic. Panormitanus c. perſonas de appellationib[9] n. 9. 10. 11. 12. q̃rit an Iudex à quo poſsit terminũ iuris ad proſequendũ appellationẽ breuiorẽ facere: cũ iuris beneficiũ nemini auferendũ ſit, reſpondet poſſe tũc cũ ex dilatione imminet periculum.

Cęterum cũ agatur de mera executione, pars nõ ſolet citari ad hunc terminum concedendũ, tum quia eſt leuis pręiudicij, not. §. vbi decretũ de officio pro Coſ. ſed ſi parſ. grauaretur quia 199
creditum non eſſet liquidũ, deberet appellare, citare creditorẽ contradicere, excipere, Cæpola caut. 77. Nam cum Iudex terminum illũ

ſtatuit,

ſtatuit, tacitè declarat, & interloquitur creditum eſſe liquidum: arg. C. cum in appellationibus friuolis de appell. in 6. v. remittenda: appellandum autem iure communi intra diem dies, ſicut à definitiua cap. Concertationi eod. tit. de appel. Abbas cap. cum in tua; Qui matrimon. accuſ. nu. 10. 11. 12. in hoc plures caſus diſtinguit ex Bart. l. Titia: alias lapſo termino deſerta appellatione ſententia mandatur executori non citato appellante Iuno. cap. ſuper re de re Iudic. & cap. ex ratione de appel. cum
200 limit. quando fit de re, de qua iudicatum eſt Alex. §. in venditione ff. de re iudicata col. 10.

Arbitror quoq; contra iſtum terminũ poſſe excipi quòd ſit ipſo iure nullum, niſi iuuetur iuſtitia ex not. per Bart. conſ. 91. num. 2.

Cæterum an creditor quando hunc terminum legalem concedit debitori, dicatur admittere cum ad purgandam moram dubitari poteſt, nam per ſecundam conſuetudinem à prima recedimus, ergo per terminum poſteriorem recedimus à priore, ſicut etiam per poſteriorem interpellationem. l. Aemilius verb. dicebamus ff. de mino. dicendum tamen eſt non admitti debitorem propterea ad purgandum moram: quia creditor non ſpontè concedit hunc terminum, ſed ex neceſsitate legis: aliàs ſi ſponte, ſecus eſſet ideoq; Iaſon in §. fuerat numero 26. in inſtit. ait, Quod mulier lapſo

anno

anno luctus non habet nec alimenta, nec intereſſe, quia debet ſibi imputare cum poſſit repetere dotem: facit l. emptor prædium ff. de rei vendicatione: Bald. Auth. ei qui, verſiculo quæro mulier miſſa eſt in poſſeſſionem, & ideo miſſo in poſſeſſionem pignoris non debentur intereſſe hac de cauſa, cum ſtet per eum quo minus impetret dationem inſolutum. notatur l. nam etſi fur. ff. ſi certum petatur l. Paulus §. Paulus ff. de ſolut. alias fructus computãtur in ſortem iuxta l. primam, & vlt. Cod. de pignorat. actione, facit §. Marcellus ff. de nouationibus, & l. Titia ff. de ſolut. vbi vxor ex 201
bonis viri, quæ diu poſſedit prius deducit intereſſe, debet tamen reſtituere veſtes Abb. conſ. 39. & c. conqueſtus, de vſur. l. creditor. §. ſi inter maritum, ff. mand.

Cæterum, an debitor lapſo termino iſto dierum viginti eſt liberatus à priore obligatione, qua tenebatur ſoluere pecuniam numeratam? Abbas in cap. ſicut de Spons. ait quod terminus appoſitus ad ſolicitandum implementum 202
obligationis non liberat: ſecus ſi apponatur cauſa finiendæ obligationis.

An prorogatio termini liberet à pœna contracta ex mora, materia eſt de qua D.D. l. cum ſtipulatus ſim.

An intereſſe debeãtur poſt excuſſionem fa- 203
ctam, & poſt datum terminum dierũ viginti? cum enim ſit in obligatione pecuniã dari, venit inte-

intereſſe: Bart. l. non vtiq; ff. de eo quod cert. lo. & Romanus conſ. 101. propoſitæ conſultationis; ſi nō reddis, inquit, pecuniam & ego accepi ad cambia teneris mihi ad intereſſe, quod dicitur extrinſecum augumentum, augetur enim obligatio debitoris etiam præter intentionem ſæpè contrahentium & præter naturam actionis Bart. in §. pœna grauior.

204 Res tamen videtur egere declaratione, quia textus l. in fideicommisſi ff. de vſur diſtinguit, & eſt dinſtinctio ſatis trita, inter actiones bonæ fidei (tales autem ſunt perſonales tantū, & illę ſolę de quibus expreſsè cautum eſt quod ſint tales) & inter actiones ſtricti Iuris, mitq; Bart. in ijs quæ non ſunt arbitraria, nec bonæ fidei, poſt litem conteſtatam, vſq; ad ſententiam deberi intereſſe: poſt rem iudicatam non deberi durante dilatione, quæ datur iudicatis: at in ijs quæ ſunt bonę fidei deberi à die morę: in ſtricti iuris actionibus deberi poſt litem conteſtatam ex officio Iudicis quod lata ſentencia expirat Iaſon l. ſi Kalendis num. 3. ff. de verb. oblig. Bart. l. ſtipulationes non diuiduntur n. 40. 41. 42. & l. inſulam num. 14. de ratione conſtituendi debitorem in mora: vbi quoque ait quando eſt commiſſa ſtipulatio ad intereſſe, admitti ſolutionem in fundo, loco quantitatis; ibidemq; diſertè declarat dictam legem in fideicōmiſsi, & l. ſi cum exceptione § quatenus ff. de eo quod met causa videatur Iaſon l. vinū

num.

num. 19. 20. ff. ſi cert. pet.

An creditor poſt intimatum, & lapſum hũc terminum ſi ſileat v.g. per annum, teneatur terminum iſtum dierum viginti iterare? dubium facit, quia in ſtipulatione de Iudicio ſiſti, lapſis duobus, aut quatuor mēſibus iſtud obſeruatur, nempe vt iteretur ſtipulatio l. ſi fideiuſſor, penult. Cod. de fid. l. fideiuſſor §. ſi quis ff. qui ſatiſd. cogantur Puto tamen exemplum eſſe de diſsimili: nam qui promittit de iuditio ſiſti, exiſtimat fore vt actor litem conteſtetur intra ſtatutos menſes à lege: quare ſi non conteſtetur lis intra talem terminum eo elapſo reus liberatur & conſequenter fideiuſſor quoq; Atq; ego ſecutus iſtud exemplum proximis diebus reſpondi petenti an poſſet deponere pretium cenſus, non iterata dilatione, cum iam ſupra annum denunciauiſſet quem volebat redimere, ad formam Bullę, Reſpondi inquam teneri eum iteratam concedere dilationem, & expectare quod laberentur adhuc alij duo menſes, ad hoc, vt poſſet creditor pretij præparare ſibi proprietatem; in quam pecunias collocaret: eo quia Bulla de Cenſibus voluerit lapſo termino fieri redemptionē nec expectari diutius, & veriſimile ſit Pontificem ſi de hoc fuiſſet interrogatus non aliter fuiſſe reſponſurum. Conſtitutio tamen noſtra lapſo termino dierũ viginti nullum ſtatuit terminum ad ſubhaſtationem faciendam: ſed tamen præſumit lapſo

ter-

termino dierum viginti eam fieri debere ex veriſimili mente creditoris, & à communiter accidentibus: communiter enim creditores lapſo termino dierũ viginti ſolent inſtanter petere vt ſubhaſtatio fiat, facit ad hoc gloſa V. animum C. ſi quem pœnituerit C. queſt. 3. l. ſi rem quam ff. de euict. verſic. quia non prefigitur certum tempus in ea ſtipulatione.

206 In dubio lapſo termino anni cenſeretur quis nolle iſti vti termino, ſicut Arbiter nolle arbitrari Bart. l. ſi quis arbitrata ff. de verb. oblig. Caſſadorus decil. quinta, vt lite pend. in hoc longe aliter loquitur.

207 In dubio quoq; acta cenſerentur fieri contemplatione termini qui precesſit; ſicut depoſitio teſtis ex interuallo contemplatione termini, ſiue iuramenti præuij Angelus ff. de damno infect. Bart. l. qui in aliena §. ſi is qui ff. de acquir. hæred. facit ad hoc l. ſeruus communis ff. de ſtip. ſer. l. fin. v. quod enim C. per quas perſonas nobis acquiritur, vbi, ſi ſeruus communis ſtipulatur acquirit dominis pro rata: ſed ſi præcedat mandatum vnius ex dominis, & poſtea ſimpliciter ſtipuletur non facta mentione mandati, preſumitur feciſſe nomine ſolius mandantis Contrarium ſuadet l. in confirmando tutore ff. de confir. Tut. vbi monitio ex

208 interuallo iteratur Myſsingerius Centuria 3. obſerua. 13. nunquam huiuſmodi terminum habet pro circumducto, Iaſon l. Sancimus

Cod.

Cod. de teſtam. præſumitur inquit quilibet durare in eadem voluntate etiam poſtlongum tempus.

Quid de eo, qui loco dierum vinginti conceſsit debitori dies triginta an ſuperflui reijciantur? dubium facit l. cum tabulę teſtam. ff. de bon. poſſeſ. ſecund. tab. vbi ſufficit ad bononorum poſeſſ. peten. ſeptem teſtium ſigna comparere, quamuis nõ compareant ſigna omnium qui ſignauere: reſpondeo exemplum eſſe de re diſsimili: nam lex cũ tabulę, loquitur de ſolemnitate quæ ommiſſa vel ſuperflua adiecta non obeſt, nec prodeſt: at dilatio de qua in iſta conſtitutione vbi prolixior quam ſint viginti dies ſtatuta fuerit, ſi deinde non obſeruaretur poſſet debitori nocere, quia fortaſſe intra dies triginta erat inuenturus pecuniam, quam antea non inuenit, dum fiducia tam prolixæ dilationis, ambit amicos, & moras nectit. Actor deinde videtur donaſſe ſpatium illud ſuperflui temporis, & illud debitori conceſsiſſe ex liberalitate, donatio autem ex pœnitentia non reuocatur l. Ariſto. ait ff. de donat. Porrò ſi contingat iterato ſtatui terminũ, non licebit vti priore termino nouiſsima enim derogant prioribus: nam appellatione ſecunda: recedimus à priore: Bart. & Ang. §. ſi dominus ff. de nou. op. Butrius cap. dilecta de appellat. 209

Licet vero debitor notoriè eſſet nõ ſoluẽdo & 210

certum non poſſe eum pecuniam inuenire, expectari tamen debent dies viginti, & antequã labantur non poteſt venditio fieri cap. commiſſa de elect. in 6. l. inſulam ff. de verb. oblig.

An hic terminus ſit de ſubſtantia ſubhaſtationis, & ſolemnitas neceſſaria, diſtinguendum eſt, vt l. pacta cõuenta ff. de contrahenda empt. l. 1. ff. de adimen. l. cap. 1. in fine cum gloſſa de Baptiſm. Baldus l. etiam C. de except. rei iudici, illa vero dicuntur de ſubſtãtia ſiuè de forma, quæ debent interuenire in actu Angel. conſ. 35. Archidiac. cap. quorundam diſt. 33.

211 An omisſio termini dierũ viginti vitiet proceſſum? Reſpondeo non vitiare ipſo iure, ſed ope exceptionis: nam creditor habet actionẽ efficacem ad ſuum conſequendum: licet itaq; malè agat non ſeruando ordinem iuris, non agit tamen nulliter Abb. conſ. 24. Aliud enim eſt nihil agere: aliud male agere tex. eſt gloſſa l. 1. ff. quãdo dies vſusfructus leg. cedat verſic. Scęuola ait agentem ante diem vſusfructus nihil agere, quamuis alias qui ante diem agit, male agit, ideſt licet actionem habeat, & rectè intendat, exceptione tamen repellitur: ergo niſi excipiatur valebit proceſſus, certe ex bono iure poſſet Iudex illum confirmare, Iaſon l. ſi pacto num. 10. Codice de pactis, at Neguſantius parte prima membro primo ſextę partis num. 28. ait niſi ſeruetur forma poſſe rem venditam ab emptore vendicari, quia iudi-

cium

cium ſit nullum ex proceſſu inordinato: facit ad hoc cap. primum de exceſ. Prælat. & cap. repræhenſibilis, de appell. vbi de nullitate excommunicationis, eo quia nulla monitio prçceſſerit. Priſca quidem ætate mos erat, vt fieret denuntiatio debitori in actione perſonali, indeq; vt D.D. tradunt rub. ff. ſi cert. pet. omnes actiones perſonales condictiones appellabantur à verbo condico: condicere enim eſt 212
denuntiare, & præmonere: imo debitor, ſecũdum aliquos, excuſatur ab expenſis niſi prius moneatur: ꝙ in caſu iſtius conſtitutionis caret dubitatione, non enim culpa aliqua debitori adſcribi poteſt, qui ignorat an creditor loco pecuniæ velit admittere ſolutionem in bonis Ange. & D.D. l. creditores C. de pign.

An debitor posſit renuntiare huic dilationi? reſpondeo poſſe l. Herennius ff. de euict. Bald. & Salic. l. 1. C. de peric. & quomodo. vulgoq; in inſtrumentis iſta de cauſa apponuntur pacta executiua, cauſa quorum pactorum dilationes à ſtatutis anguſtantur.

Dantur tamen caſus in quibus partes non 213
poſſunt remittere ordinẽ datum à iure l. iudicium ſoluitur, de iud. imola in cap. paſtoralis l. nec ex Prætorio de reg. iuris.

Executores teſtamentarij quibus data eſt li- 214
bera facultas alienandi, & dandi inſolutum nó tenentur obſeruare formam iſtam, & ſolemnitatẽ, quia conſtitutio habet locũ, quando au-

ctoritate iudicis bona vendũtur Bart.l.alio hęrede n.15.16.ff. de aliment. & cib. leg.

215 Procurator cum libera poſſet iſtum terminũ prorogare D.D.l. curatoris C. de pact.Iaſon in §.Callimachus: maior quoq; pars creditorum poſſet concedere prolixiorem dilationem, & minori parti etiam in credito præiudicare §. hodie tamen ff.de pactis.

216 Alciatus l.pecuniã n.40.ff.ſi cert.pet.quærit ſi quis agat intra tempora iudicati, an induciæ duplicentur ex §.penult.inſtit.de excep. aitq; ſaltem in expenſis condemnandum eſſe. idem ego dicerẽ, ſi quis ageret intra terminum iſtorum dierum viginti, vel ante: quia ante diem ageret, & ante terminum legalem.

217 Terminus iſte non curreret dum diſputaretur de mandato procurat., vel de alio articulo emergenti. Adrianus Neguſantius diſceptationum forenſium Q.228.ex Curtio. loquitur autem in executiuis ex l.fin.ff. de ferijs.

218 An terminus iſte afficiat hæredẽ re integra? an iterandus ſit, & hæres interpellandus? ſi iudicium eſt cæptum hæres ſuccedit in inſtãtia l. ſi eum hominẽ ff.de fideiuſ.l. tã ex cõtractibus ff.de iud.alias hęres citatur ad capturam,& ad excutiendum bona Bald.& D.D.l. poſtulantẽ ff.ad Trebel. Decretũ.n.iſtius conſtitutionis loquitur in perſonã,& non eſt æquum, quod hæres cogatur diſtrahere, ſi velit ſatisfacere,imo iudiciũ cæptũ in contumaciam reuocaretur l.ſi pecu-

Digitized by Google

pecuniæ §. fin. ff. vt in poſſeſſ. legat. in Fiſcum certè terminus iſte non tranſit, quia fiſcus habet ſuos iudices, corā quibus variatur modus agendi; nec afficit filios ſi ſuccedant ex Auth. bona damnat. ſecus ſi alio iure, exemplo inſtātiæ, Bart. l. ſi conſtante §. fin., & in rub. ff. de rerum diuiſ. Bart. l. ſi quis offerrenti ff. ſolut. tractat quando ſucceſſor poteſt habere ratum.

Tertium non afficit iſte terminus, niſi ratio affinitatis aliud ſuadeat: nā ſi creditor vendat rem affinis, præſumitur conſentire ſi ſcit, & ſit debitor, & non contradicat l. ſi ſeruus cummunis ff. de donationibus inter virum, & vxorem, imo ſi per errorem venderetur res aliena poſt interpoſitum decretum Dominus rei non audiretur niſi libello dato Iaſon l. iuſtè poſsidet ff. de acquir. poſſeſſ. 219

An terminus iſte afficiat hęredes? inueſtigatio iſta non eſt ſine vtilitate: nam ſi defunctus decedit lite conteſtata, vel quaſi, hæredū cuiuſlibet bona inſolidū tenentur, & vendi poſſunt lapſo termino ſin minus pro virili tantū tenentur Bart. l. Prætorię §. ſed etſi vnus n. 2. 3. ff. de Pręt. ſtip. l. 1. C. ex delic. defunct. Ego arbitror cōtra hęredē mortuo teſtatore ante litę cōteſtatā opus eſſe iterare nedū terminū, ſed excuſsionem ſi tñ excipiatur, ex Seraphino deciſ. 175. parte 1. Deci⁹ c. ex ratione n. 14. de appel. quia quod obligatio inſtantiæ tranſeat ad hæredē vna cū actione, & vna cū pręparatorijs (ſicut eſt 220

terminus iſte) id oritur ex quaſi contractu, quem defunctus fecit litem cõteſtando, quamuis etiam oriatur ex præſcripto legis ne iudicia eludantur, oritur quoq; ex ſtypulatione de iudicio ſiſti: At nulla ratio afferri poteſt cur terminus iſte afficiat hæredem cum quo nullus contractus geſtus eſt, etſi quis obijciat teneri eum ex contractu, ſiue quaſi contractu geſto cum defuncto, reſpondetur contrarium in themate poſitũ fuiſſe: hocq; eſt illud quod innuit l.1.Cod. ſi pend. appel. mors interuenerit hæredes teneri ex quaſi contractu cauſas appellationis proſequi, vel ſententiæ ſtare. Contrarium videtur innuere tex. l.cum quaſi ff. de fideicommiſ. libertatibus, vbi interlocutoria contra mortuum lata, afficit hęredem: atqui terminus iſte eſt interlocutoria. Panormitanus in cap.licet in Beato de accuſ.num.8.quod iudex non ſuccedit in edicto: pars igitur mutato Iudice debebit denuo citari edicto ſucceſſoris, ne ſucceſſor ignoret, ſicut etiam hæres debet, & ipſe conſtitui in mora, ſicut dicitur in
221 pœnis, & mulctis, in quibus hęres non ſucce-
222 dit niſi lite conteſtata l. mulcta ff. de condict.

Quæro de creditore qui agit ad reſiduum, quia ex primo ter. dierum viginti ſecuta venditione non potuit ei plenè ſatisfieri, an teneatur à capite ex ordini, & alium ſimilem terminum dierum viginti debitori ſtatuere? dubiũ facit, quia conſtitutioni de termino ſtatuendo

do ſemel fuit ſatisfactum: legi autem ſatis eſt quod ſemel ſatiſiat l. Boues ff. de verb. ſignifi. contrarium innuit l. Nec non ff. de iure delib. Guido Pap. queſt. 98. ait in Gallia non iterari terminum. de Petitione Apoſtolorum an ſit ite
randa magna eſt altercatio. Clement. quam- 223
uis de appel. ſed Guido dicto loco ait eligi eſtimatores non iterato termino, qui reliqua faciant petitionis prioris, & termini coadiuuandi cauſa: idq; videtur eſſe de equitate, vt circuitus vitentur, expenſeq; Forma petendi reſiduum, & eius exemplum ſumi poteſt ex Bart. conſ. 17. vbi de modo petendi ſupplementum legitime. Sed quod non iteretur terminus faciunt ea que tradit Ripa Reſpon. 27. de Reſcrip. & ratio illa eſt: quod nondum finita eſt cauſa ob quam, facit l. quamuis bona. ff. de bonis
auctore Iud. vbi ſine noua Iudicis auct. ſemel 224
immiſſus reliqua capit.

SVMMARIVM.

AD SOLVENDVM, ET EO Non ſoluente per ſubhaſtationem &c.

CAP. XV.

Subhaſtatio impeditur ſi adſit fideiuſ. n. 225.
Subbaſtatio fit vbi bona ſunt. n. 227.
Statuta loci contractus in deciſorijs. n. 228. 229. 230.

Subhaſtatio fit licet nõ præcedat tenuta more veteri. n. 231
Subhaſtatio ex conſ. fit præuia tenuta. n. 231. 232.
Tenuta duplex. num. 231.
Conſtitutum parit interdictum. num. 232.
Colonus recuſans immiſſum criminaliter tenetur. n. 234.
Colono tenetur ſtare emptor num. 235. idem tenetur immiſſo ex locat. n. 236. citandus eſt ad tenutam. n. 237.
Tenuta accepta quando pariat fructuum acquiſitionem. num. 238. 239.
Miſſus in poſſeſſionem vt ſit tantum cuſtos. num. 239.
Licitator primus an liberetur à poſteriore. num. 240.
Pignoratitia contraria contra debitorem doloſum n. 241.

225 FAllit niſi exiſtat qui caueat creditori de ſolido ſoluendo, ne debitor, vel eius hæres afficiatur iniuria, arg. §. hoc reſcripto inſtit. de eo cui libert. cauſa bo. addic.

226 Ceterũ appellatione ſubhaſtationis intelligimus de ſolemni non gratioſa, non facta alieno loco, ſed vbi res vendenda ſita eſt vel in Ciuitatę vicina vbi frequẽtes homines cõuenire ſolent, & quæ fiat in quadriuijs ſono tubatoris iuncta ſtatuta loci ſolutionis, ſiue contractus, nam in deciſorijs ſeruantur ſtatuta loci contractus, quoad ſolemnitates ſtatuta loci vbi lis eſt, & iudicium, notatur l. arbitraria ff. de eo quod certo loco l. ſi fundus de euic.

227 Brunus de forma, & ſolemnitate actus diuiſo per formas. Rebuffus de Præconijs glol. 2. nu. 6. Iudex vero in inſtrumento venditionis,

men-

mentionem faciet de proclamate facto in aliena iuriſdictione vbi bona ſita ſunt.

Nec propterea dico bona alibi vendẽda eſſe 228
ad præſcriptum huius conſtitutionis detracta tertia veri pretij vbi ratione contractus aliud eſſet de iure; ſi quidem in deciſorijs ſeruanda ſunt ſtatuta loci contractus; in ordinatorijs vero ſtatuta loci vbi agitatur iudiciũ. Abbas cap. de Francia fin. lib. 4. decretalium tit. de Sponſa nam inquit, deſtinatione videtur contractum matrimonium in domicilio viri, itaq; in diſtrahendis bonis pro dote debet attendi origo contractus l. ſi fundus ff. de euict. l. ſi vxor ff. de iud. quod ſi res vendenda eſſet ex præcepto teſtatoris, nec cõſtaret quo in loco vendi debeat, in dubio vendẽda eſſet in foro teſtatoris l. Quæ conditio ad genus ff. de cond. & demonſt. Bart. q. 15. ait ꝙ tã in ciuilibus, quã in criminalibus attenditur territoriũ in ꝙ collatus eſt effectus. 229

Quamuis aũt dixerim ſubhaſtationem fieri in loco vbi res ſita eſt non hoc tñ ſignifico iuditiũ in actione pſonali (de qua nobis eſt ſermo) fieri debere vbi res ſita eſt; ſi nempe reus alibi 230
habet domiciliũ nã iudiciũ fieri debet in loco domicilij Bart. l. fin. C. vbi in rem actio; ſed dico ſubhaſtationẽ; .i. executionẽ ſẽtẽtię fieri debere ꝑ litteras ſubſidiales à iudice in cuius iuriſdictione res vẽdenda ſita eſt l. vinũ ff. ſi cert. petat. Bart. in addit. de vino in Marchia vendito dãdo, & ſoluẽdo in Ciuit. Ferrarię in caſu l. 2. C.

de

de reſcind. vend. vt debeat attendi forum Ferrariæ l. contraxiſſe ff. de action. & oblig.

In dubio ſolutio debet fieri in loco promiſſionis. Bart. l. quod ſi Epheſi ff. de eo quod certo loco l. item illa, de conſtit. pecunia, imo quod debitor teneatur portare ad domum Bald. l. accep. Cod. de vſur. gloſ. v. horrea in cap. reuertimini, vigeſima prima, quæſt. 1.

Corollarij loco arbitror non inutile eſſe ſubijcere aliqua adhoc propoſitum.

Quamuis enim conſtitutio permittat creditori, vt lapſo termino dierũ viginti poſsit peruenire ad venditionem bonorum immobiliũ: licet non præceſſerit tenuta ſiuè immiſsio, more Codicis, non vitiaret tamen, ſed vtilis eſſet immiſsio, quia abundans cautela non vitiat, maximè ſi pignus iam contractum eſſet à quo
231 creditor cecidiſſet: nam hic caſus eſſet comprehenſus, & de quo fit ſermo ab iſta conſtitutione, ſi quidem conſtitutio habet locum in actione merè perſonali; & pignoratitia inſpecta origine eſt merè perſonalis licet ſequatur poſſeſſorem Innoc. cap. cum conſtet de pigno. vtilis in quam eſſet immiſsio: quia ſi dubitaretur an bona eſſent in bonis debitoris, hac occaſione fieret manifeſtum: Colonus enim cogeretur nominare dominum in iudicio: fieri quoq; poſſet, vt vxor impediret, vel creditor anterior. Et cum dico miſsionem loquor de naturali miſsione, non de ficta: nec loquor de ea
quæ

quæ fiebat iure Digeſtorum, vt aduerſarius tædio affectus litem conteſtaretur. Non ignoro id quod ait Iaſon l. 1. §. appellata nu. 96. verbalem immiſsionem, eo quia res eſt in conſpectu, abſq; naturali apprehenſione transferre detentationem ex iudicis pręcepto, quoad acquirendum ius ex primo decreto, & adhoc, vt poſsit perueniri ad ſecundum decretum: nam etiam per conſtitutum acquiritur iuris poſſeſsio, quæ parit effectum Recuperandæ Bald. cap. contin- 232
git verbo verꝰ poſſeſſor, de dolo, & cõtumacia.

Ego vero etiam conſueui citare colonos, qui 233
recuſabant immiſſum recognoſcere ad videndum declarari eos habendos eſſe pro recognitis, & ad præcipiendum ſiue præcipi videndum ne meſſem, aut vindemiam faciant, niſi monito creditore immiſſo, cum præcepto, vt cum eo creditore fructus diuidant ex not. à Iaſ. l. is cui bonis num. 3. ff. de verb. oblig.

Colonus quoq; poſſet criminaliter cõueniri 234
ex interdicto vnde vi ſi dolo creditorẽ, ſiuè emptorem bonorũ venditorum non admitteret l. Colonus eum cui locator fundũ vendidit ff. de vi: niſi ex cauſa impediret: vt ait ibid. gloſa, & in l. ſi duo v. creditores ff. Vti poſſ.: vbi ait ſuccurri creditori immiſſo officio iudicis, manu militari, pŏſſet ẽt Colonus expelli, & hoc modo coerceri ratione contumaciæ l. 1. ff. ſi quis iuſ. dicen., & in cap. de cauſis de officio deleg.

Colono tamen qui præcepto iudicis obtem- 235
perat

perat tenetur emptor ſtare, ſiue accipiens inſo-lutũ, & ita pro colono ait ſe iudicaſſe, Stephanus Gratianus forenſiũ diſceptationum cap. 37. ex Abbatis conſ. nu. 108. fin. niſi lite pendente debitor in fraudem locaſſet ad multos annos.

236 Quod ſi pertinaciter colonus ex proteruia perſeueraret repellendo immiſſũ poſſet quoq; cõtra eum agi actione vtili ex locato: nam quando Iudex aliquẽ immittit, pars immittere videtur, ſtricto igitur iure immiſſo non competit actio directa ex locato, quia nullum contractũ fecit cum colono: ſed ex æquitate competit ei vtilis actio. ratione enim muneris publici Iudex acquirit immiſſo actiones vtiles, ſicut Tutor ratione officij acquirit pupillo.

237 Iaſon vult quod citetur Colonus ad videndum fieri immiſsionem: aliter non valere licentiam de ingrediendo l. ſcimus Cod. de iure delib. l. diuortio num. 33. 34. 35. & facit regula quod omnis qui ex ſententia Iudicis alicui ſuccedit tenetur ſtare Colono.

238 Dixi conſtitutionem concedere venditionem bonorum debitoris licet non præceſſerit pignus iudiciale, & immiſsio in rem, & bona vendenda; quia iſtud fieri ſolebat iure Codicis, & admonui ne huius rei ignoratio conturbet ſtudioſos. Obſeruabatur autem iſtud non ſolum antequam lis conteſtaretur, ſed etiam poſt litem conteſtatam, & poſt rem iudicatam, cum ageretur de ſententia exequenda. Differentia

rentia in hoc erat quod miſſus in poſſeſsionem ante litem conteſtatam non cōſtituebatur poſſeſſor: ſed tantum cuſtos, poſt litem conteſtatam efficiebatur poſseſſor, & ideo lucrabatur fructus. 239 Rolandinus in Summa ait Bononiæ extare ſtatutum, vt immiſſus ex primo decreto pro executione rei iudicatæ, ſiue crediti liquidi, fructus lucretur, cap. 9. de rub. de proceſſu contra reum Confeſſum: ibid. eſt additio de Colono, quæ additio ait in iſtis caſibus non eſſet ius Colonum expellendi, ſed tantum eſſe ius vna cum eo inſiſtēdi donec fideiuſſor detur à debitore de iuditio ſiſti. tenendo opinionem quod ex primo decreto trāſferatur vera poſſeſſio, ſi immiſſus deijceretur poſſet agere condictione leg. ſi quis in tantam: nam cuſtos non poſſet Abbas. c. 1. nu. 13. de ſequeſt. poſſ.

Obſeruent vero ſtudioſi quod per oblationē 240 factam à ſecundo licitatore, non liberatur primus, niſi ſecundus ſoluēdo ſit. additio ad Bart. l. qui ſatiſdare nu. 7. l. C. ad fin. ff. de fideiuſ. & niſi ipſius ſecundi licitatio admiſſa ſit.

Obſeruent quoq; caſu quo creditor incipit 241 ab apprehenſione pignoris agēdo pignoratitia videri quibuſdam quod debitor habet directā pignoratitiā ſi in diſtrahēdo creditor malè verſatur Inſtit. quibus modis re contrahitur obligatio: alijs ꝙ ſupereſt actio de dolo, ex not. l. Preſes Prouinciæ Cod. ſi de vēd. pigno. nūc hoc non diſputo, ſicut neq; interim diſputo an hoc

caſu

caſu ſit locus huic conſtitutioni cum non præcedat excuſsio mobilium, & ita non ſeruetur ſolemnitas, quã requirit iſta cõſtitutio, quamuis alias agendo vigore pactorum executiuorũ non dicatur quis agere actione reali, ſed potius perſonali, nam licentia ingrediendi, & ius executiuum contra nominatum in inſtrumento, ſiuè eius hæredem eſt perſonale, fateor quod agendo cõtra tertium oporteret agere actione reali, & ita hypothecaria ordinaria, vt ait Iohannes Gutier Placentinus in repetitione legis Nemo poteſt ff. de leg. 1. ex Auth. hoc ſi debitor. de pign. & ex Benedicto de Barzijs in tractatu de Guerentigijs per quæſt. diuiſo.

SVMMARIVM.

BONORVM DEBITORIS, &c.

CAP. XVI.

Bonorum debitoris appellatione quæ veniant num. 242. 335. & an veniant nomina num. 244.

Nomina vt vendantur num. 245.

Poſſeſsio nominis vt tradatur num. 245. & 246.

Confeſſoria quando competat num. 246.

Bona eſſe in bonis, vt probetur nu. 248. 249. 250. 251.

Poſſeſsionem ſufficit probare contra violentum nu. 249.

Dominium vt probetur 249. 250. 251.

Poſſeſsio iurium vt probetur num. 253.

Iuriſdictio vt acquiratur num. 254.

De tertio appellante num. 256. & num. 266.

Loqui-

Digitized by Google

LOquitur conſtitutio de bonis, quæ ſunt debitoris ratione dominij, vel quaſi quod probatur ex ſignificatione vocabuli debitoris, & genitiui cuius natura eſt ſignificare dominium, vel quaſi, & poſſeſsionem l. 2. in hac ſt. vi bonorum raptorum item probatur ex eo quod cōſtitutio vult præcedere terminum dierum viginti, qui terminus non afficit tertios poſſeſſores in quos fortaſſe debitor alienaſſet in fraudem, nam hoc caſu agendum eſſet prius reuocatoria, ſaltem poſſeſsionis; vbi debitor 243
conſtituiſſet ſe nomine emptoris poſsidere Iaſ. §. item ſi quis num.77.78. inſtit. de act. Bart. conſ.50. de legato facto vxori de bonis ſuis ſiue bonorum ſuorum mobilium, & immobilium, quod non veniant nomina, nam nomina propriè non poſsidentur gloſa. l. pro hæred. §. quid tamen ff. de acquir. hæred. exiſtimat 144
propter inopiam debitoris poſſe fieri miſsionem in iura perſonalia l. ſi inſolutum Cod. de act. & oblig. præcipiente Iudice Vaſallis, vt 245
creditori præſtent obedientiam, Iaſon de vſib. fœud. num. 54. quod non ſolet fieri niſi Fiſcalibus Regijs auditis.

Quodſi daretur inſolutum ius exigendi annuum reditum creditor deberet conſtitui in 246
ſtatu illum annuum reditum percipiendi, aliter nō diceretur tradita poſſeſsio, nec cōſtitutū ius percipiendi, nec ante, diceretur dominiū, ſiue quaſi, tranſlatum iuris incorporalis: neq;

præ-

præſcriptio inciperet: neq; Publiciana competeret antequam poſt titulum expræſsè conſtitutũ, vſus quoq; interueniſſet, & factum hominis, vt in materia Confeſſoriæ D. D. tradũt & Peregrin. de fideicom. artic. 46. num. 18. 19. ſi verò eſſet reditus Cameralis exhibenda eſſet Principis conceſsio de eo exigendo, Petra de Fideicom. quęſt. 13. n. 573.

247 Quod ſi creditori daretur inſolutum, vel vẽderetur commoditas fructuum percipiendorũ, non eſſet locus huic conſtitutioni quia conſtitutio loquitur de re redimibili: fructus autem cum vſu conſumantur non poſſunt redimi.

248 Sed ſi caſus eueniret in quo agendũ eſſet reuocatoria, vt probetur bona fuiſſe debitoris conſulendus eſſet Bart. l. cum res C. de probationibus, qui ſe ipſum quoq; allegat in l. quidã in ſuo de conditionibus inſtit. vbi in margine eſt additio, quod ſi teſtes deponant quod talis à tanto tempore citra poſſedit rem de qua agitur pro ſua, & tanquã ſuã quod non propterea dicitur probatũ dominiũ, quando videlicet dominiũ principaliter deduceretur vt rectè diſtinguit gloſa dicta l. cũ reſ. ſed ſi quęſtio ſolũ eſſet de interdicto, in materia ſpolij, ſiuè reintegrãde, tunc antiquior poſſeſſor pręſumeretur dñs, & præferretur iuniori poſſeſsioni niſi (vt refert Iaſon ex Fabro in inſtit. §. omnium ei n. 72. ad num. 76. aliquis probaret de poſſeſsione ſuorũ datorum tanti temporis cuius initij memoria

non

non extaret, tunc enim etiam non probato tit. probatum eſſet dominium directum: facit l. ſi duo ff. vti poſsidetis vbi additio l. A, quo in loco habetur quod vbi teſtes eſſent pares in dubio cenſerentur bona olim fuiſſe indiuiſa, & communia, & propeterea diuidenda: certe ex poſſesſione antiquiori pręſumitur dominiũ ex ſtatuto Mediolani licet agatur principaliter de dominio: ſed iure communi hoc tantum prodeſſet quando ageretur (vt dixi ſuperius) remedio recuperandę ad reuocãdum poſſesſioné, ita inquam diſtinguit gloſa dicta l. cũ res C. de probat. verſ. vacuam, in fine: quod placuit repetere, & inculcare, quia pasſim video in hoc valde peritos hærere.

Petra de fideicommisſis quæſt. 13. nu. 14. 15. agendo inquit hypothecaria ſatis eſt probare debitorem poſſediſſe, & pro domino habitum: ita etiam in iudicio familiæ Heriſc. in interdictis, ſola naturalis poſſesſio parit interdictũ, Ciuilis enim parit pręſcriptionem, ex qua oritur dominium.

In dubio pręſumitur dominus ille qui posſidet quando agitur contra violentum, vel furẽ, Salyc. dict. l. cum res C. de prob. ita quando ageretur ad impediendam executionem ſententię gloſa l. maritorum; Cod. Ne vxor; pręſumptiuè probatur violentia, probata anteriori poſſesſione, & anterior dicitur probari quando probatio petentis eſt certior, quam probatio 249

G poſſeſ-

poſſeſſoris Cyn. l. de reb. C. de donat. Salyc. l. ſi debitor C. de Priuileg. fiſci. Nam prioritas ex coniecturis probatur Caſſadorus deciſ. 20. de Præben. præſumitur quoq; quod occupatione iure gẽtium res de qua agitur ſit effecta eius qui probauit ante eius occupationem quod in nullius bonis erat, Iaſon dict. §. omnium Bart. l. nam etſi fur. num. 4. ff. ſi certum petat. ait non poſſe mutuanti opponi quod eius pecunia non ſit, nec. n. mutuans tenetur probare ſe eſſe dominum. Campegius tract. de teſt. reg. 339. & 340.

250 Ex ſententia probatur Dominium; ex datione inſolutum an probetur poſſesſio, & dominiũ Speculator tit. loc. §. nunc aliqua nu. 52. Rerũ mobilium dominium probatur ex poſſesſione; Petra ibidem nu. 22. in antiquis vero probatur ex publicis ſcripturis iuncta fama. teſtibuſq; de auditu à maioribus ex quibus aliqui viuãt: debet tamen articulari, & probari tit. habilis ad tranſlationem dominij, hic autem titulus non probaretur ex locatione, neq; ex diuiſione Petra n. 34. ex Gloſſa l. cum res C. de probat. ſed probatur ex perceptione penſionis, ſine fructuum l. Titia ff. de ſolut. l. ſi quis iuris C. fin. regund. & quia fecit arare.

251 Qui ſemel fuit dominus prȩſumitur perſeueraſſe, quia ex poſſesſione de præterito præſumitur in præſens non ex dominio: Petra ex communi quȩſt. 12. nu. 13. 461. Teſtis deponens de

domi-

dominio, dicit vidi emere, & poſſidere decem annis, cap. ſuper hoc, de renuntiationibus Abbas.

Poſſeſsio rerum corporalium probatur ex 252
eo quod quis in genere teſtificatur vidi talem tenere, & poſsidere qui tamen ſi dicat audiui nihil probat Petra ibidem quæſt. 13. num. 81. ex communi, & præſumitur in ea eſſe qui antea fuit l. ſi quis ex Argentarijs Bart.

Poſſesſio iurium probatur ex vſu, & patien- 253
tia aduerſarij qui poterat impedire. Petra ibid. n. 239. rectè itaq; Iaſon l. Iubere ff. de Iuriſd. licet inquit Ruſtici iurēt Homagium non aquiritur tamen Iuriſdictio niſi feudatarius vtatur, & ſuperior aſſentiatur, nam ſubditi non poſſunt transferre quaſi poſſeſsionē ſubiectionis cum eam teneant nomine ſuperioris Tiraquel. de Iure conſtit. parte ſecunda Amplia. 254
32. num. 4. nec probatur neceſſario ex eo quod quis exigit reditus l. 1. §. exercitorem ff. de exercitoria, vel ex negatiua v. g. ſi quis dicat numquam ſolui datium Ripa quoque Reſponſ. quarto de reſcript. ait quod contra ſupremum dominum non poſſunt periſcribi datia niſi per tantum tempus cuius initij non ſit memoria, ſed contra feudatariū decē annis inter præſentes, viginti inter abſentes: nonnulla de hoc in materia poſſeſſorij Rebuffus Tom. 3. ex gloſa l. qui luminibus ff. de ſeruitutibus.

Notandum quod ſocius deberet contradi- 255

Digitized by Google

cere ſi contingeret bona communia ad haſtam vendi, aliter ei fieret præiudicium gloſa l. cum proponas filios Cod. de pactis. Qui etiam poſ-
256 ſet ſicut quilibet tertius pro ſuo intereſſe appellare Bart. l. 1. §. fin. verſ. quęro ff. quando appellare non licet cap. ſuper eo, de officio deleg. & hoc, nō obſtante quod principalis non poſſet appellare, verum eſt quod nō eſſent diſtrahēda bona communia cum adſunt propria debitoris propter euitandas maiores expenſas, & quid (obiter dictum) ſi domus cōmunis diuidenda, eſt, & pars alterius fulcienda cuius expenſis in additionibus ad ſpecul. titulo de expenſis.

SVMMARIVM.

CREDITORI SATISFACERE &c.

CAP. XVII.

Licitator eſt emptor. num. 257. olim cogebatur emere 257. Mediolani non cogitur. num. 258.

Appellationi quoad ſuſpenſiuum quando non deferatur. num. 259.

Attentatorum renocatio fauorabilior interdicto. num. 260.

Satisfacere non dicitur qui reſtat debitor denarioli. num. 261. 262. 264.

Pretium quando ſit de ſubſtantia in contractibus, num. 262.

Ex-

Expenſæ creditori debentur in datione in ſolutum. num 263.

Expenſæ quo tempore taxentur. num. 263.

Licitatio melioris conditionis quæ ſit. num. 263. 264.

Licitator re integra lapſo anno poteſt recedere. nu. 269.

NEc ſufficeret fideiubere Ripa de reſcriptis in quæſt. an gratiæ factæ per Principem cum clauſula ſi ſatisfecerit parti læſæ intelligatur ſatisfactum ſi fideiuſſerit.

Satisfacere autem neceſſe eſt exacto quoq; 257 licitatore bonorum emptore, etiam per capturam: agitur enim de pretio rei emptæ exigendo: nam qui licitat emit à Iudice vendente ad haſtam l. 1. & 2. ff. de in diem addictione hoc. n. agebatur iure communi inter Iudicem, & licitatorem: verum Mediolani licitator periclitatur tantum amiſsionem depoſiti pecuniarũ, 258 quod fieri ſolet in licitationibus, iſtę vero pecuniæ depoſitę ſuccedunt, non dicam loco Arrhę, ſed pęnę cuiuſdam temeritatis, & tuuc demum Mediolani poteſt cogi licitator ad pretium, cum factum eſt inſtrumentum venditionis, traditaq; poſſeſsio, & bona ad cridas liberè tranſiuere.

Hoc autem caſu non haberet locum Appel- 259 latio ſi forte debitor vellet ea iuuari ad differẽdũ: nã cum agatur de credito liquido, & verſemur in executiuis non defertur appellationi niſi quoad deuolutiuũ, ex cõmuni, Surd. deciſ.

25 imo pronuntiatur inſtrumentum exequen
dum cum clauſula ſine præiudicio legitimę re-
tractationis, ex Bart.l.1.§.& parui ff. quod vi
aut clam ex Specul. de act.& petit. §.ſuper pe-
260 titionibus n. 22. Itaq; attentata interim non
reuocarentur, cum tamen regulariter reuoca-
tio attentatorum ſit fauorabilior etiam inter-
dicto vnde vi D.D.cap.1.vt lit. pend.

261 Sępè autem differtur ſatisfactio dum pen-
dent cridæ Prouiſ. vel dum reliquum nõ ſolui-
tur: fortaſſe erant plures correi, & creditor ab
vno exigit, ſaluo iure ſolidi, iuxta caut. Bart.
l. ſi creditores Cod. de pact. aliàs exactus dice
retur quoad ſe liberatus, & ei curreret menſis
de quo infra cap.20.

Non dicitur autem ſatisfactum donec reſtat
denarius l.ſi rem alienam ff. de pign. act. vel
quia licitator colluſit cum debitore, & ideo
procraſtinatur quia non eſt ſoluendo, data e-
nim opera fruſtrandi gratia creditoris obtulit
ſe haſtæ, add. ad Bart.l. qui ſatiſdare ff. de ſo-
lutionibus.

262 Satisfactum aũt eſſet ſi fides de pretio habita
fuiſſet l.49. ff.de ſolut.l.penult.ff. quibus mod.
pign.l.quod vendidi ff. de contrahenda empt.
l.ſi ſeruus communis §. locaui ff. de furt. quo in
loco Bart.tradit regulam quod non ſolũ in ven
ditione, ſed in omnibus contractibus pretiũ de
bet eſſe ſolutũ, vel de eo habita fides tam in em
ptione, quã in locatione, & tã in pignoratitia

quam

quam in alijs contractibus ſiue nominatis, ſiue innominatis ex quibus dominium transferri debet: vnde colonus de iure non habet facultatem vendendi fructus niſi ſoluta penſione.

Satisfieri quoq; debet tam de ſorte, quam de intereſſe, & expenſis litis l. ſi reus ff. de procurat. l. ſi neceſſarias ff. de pign. actione. atq; ideo finitis licitationibus Iudex debet interloqui bona vendenda eſſe Titio, quia meliorem conditionem attulit tam pro ſorte, quam pro expenſis: expenſæ vero taxantur ſicut etiam intereſſe, & liquidantur antequam exequatur ſententia, & fiat inſtrumentum venditionis. Dixi bona vendenda eſſe ei qui meliorem conditionem attulit, in quo notandum eſt arbitrarium eſſe quæ dicatur melior conditio §. fin. C. de teſtam. manumiſſ. v. ſub. maioribus pollicitationibus. 263

Bart. l. ſi finita § ſi quis metu num. 5. Quærit an ius intrandi poſſesſionem duret perpetuo, an finiatur anno l. ſi quis miſſum §. Iudex ff. de damn. infect. num. 2. 3. poſt decretum interpoſitum; & propterea dubitari poſſet ante factum inſtrumentum venditionis; ſi creditor negligat per annum proſequi ius ſuum quoad licitatorem, an finito anno liceat licitatori impune recuſare emere. 264

SVMMARIVM.

POSTQVAM SATISFACTIONEM &c.

CAP. XVIII.

Creditores ſine hypotheca vt concurrant adiuuãdo ſubhaſtationem. n. 265. & 268.
Reus voluntarius qui. n. 265.
Creditores non ſunt neceſſario citandi n. 267.
Creditores plures in perſonali vt concurrant exemplo declaratur. n. 271. 272. 274.
Poſſidentis melior conditio. num. 274.
Dos præfertur in perſonalibus. nu. 275. & mutuans. nu. 275. & funeraria. nu. 275.
Reuocatoria numquam competit niſi ad ratam. n. 276.

AN dicatur ſatisfeciſſe emptor bonorum emptorum in ſubhaſtatione huiuſmodi facta, vt creditor conſequatur pecuniam numeratam, ſi emptor ceſſerit creditori actionem in Banco S. Ambroſij? nam id ex priuilegio Bãchi facere poſſunt qui pecunias in eo habẽt; nã iure cõmuni ceſsio nõ eſt ſolutio, gloſ. not. l. legaui fin. ff. de liberat. legat. nã aliàs fit ẽt abſenti not. ad Bart. l. in cauſæ ff. de procurat.
265 Hanc ſatisfactionẽ ſolet impedire vxor ex cauſa dotis non quidẽ perpetuo, ſed ad tempus: nõ enim vxor impedit perpetuo vẽditionẽ cũ nõ

fit

ſit domina, nec poſſeſſor Angelus l.ſi marito ff. ſolut. matrim. Alij quoq; creditores hypothecarij habentes autẽ perſonalẽ poſſent adiuuare, poſſunt enim alij creditores adeſſe in hoc iudicio ſubhaſtationis tanquam rei voluntarij, non neceſſarij, cum actio contra eos non ſit inſtituta Bart. in l.de pupil.l.creditor Cod.de diſtract.pign.ex reg.gloſ.in cap.conſtitutus de teſtibus in v.produxiſſe, quæ ait ſi duo litigant de 266
re aliqua, & tertius venit dicens ſe habere ius in illa re, quod ſit audiendus, cum ſua interſit; quo caſu Iudex iudicabit ex nouis allegationibus, in nouo ſcilicet iudicio factis: non ſunt enim neceſſario citandi alij creditores l.prima 267
§.denuntiari ff. de ventre inſp. ſed non citatis non ſit prçiudicium vt ait Alex.l.de vno quoq; ff. de re iud. poterunt etiam adeſſe, & probare bona eſſe debitoris l. ſi ſuſpecta ff. de inoff. 268
teſtam. Dubium eſt tamen an alij creditores poſsint vti beneſitio termini viginti dierum quo vſus eſt creditor qui præuenit alios: 269
nam venduntur bona quæ videntur eſſe omnibus ſoluendo Iaſ. §. item ſi quis numero 82. refert quoſdam tenere quod excuſsio facta per vnum ex creditoribus proſit alijs: 270
quo exemplo poſſet aliquis dicere idem eſſe de termino viginti dierum, vt proſit omnibus facta collatione expenſarum: nam iſte terminus habet vim cuiuſdam excuſsionis, quo elapſo videlicet, lex præſumit

debi-

Digitized by Google

debitorē non habere pecuniā numeratā, ideoq; deueniēdum eſſe ad immobilium venditionē.

271 Sciendum eſt aūt creditores habentes ſolam perſonalem concurrere pro rata crediti, Geometricè, non ſecundum quantitatem arithmeticam. Exemplo iſtud declaro, nam res eſt vtilis ad cognoſcendum, difficilis ad docendum.

272 Titius habet in bonis centū lib. imper. anno 1616. debitor eſt Caij de libris centum imper. anno 1617. debitor eſt Sempronij de libris viginti; anno 1618. debitor eſt Liberalis de lib. viginti quinq; imper. ꝓ rata iſtis ſatisfieri debet ſecundum rationem geometrciam: proportio Geometrica eſt apud Mathematicos cum numeri duo, aut plures, cum item magnitudines inter ſe comparantur iuxta æqualitatem, & inæqualitatem, hoc pacto Caius habebit lib. 57. Sempronius habebit lib. 28. Liberalis. lib. quatuordecim: ideſt Caius habebit duas partes de libris centum. Sempronius dimidiam. Liberalis quartam, & quod dicitur de quantitate habet locū in pluribus immiſsis in poſſeſſionē bonorū debitoris quia quilibet pro indiuiſo poſsidet ad ratā, nec talis poſſeſsio impe-
273 ditur propter loci, & quotæ incertitudinē Iaſ. l. 3. §. ex contrario nu. 61. ff. de acquir. poſſeſ. non diſsimilis computatio fit in contributione ex lege Rhodia de Iactu, nec non ex l. quod autē ff. de Donat. inter vir. & vx. §. idem ait vbi ſi mulier emit prædia quindecim ex quib' quindecim

decim maritus numerauit decem, prędia ſi hodie valent tantū iſta decem, maritus duas partes ex decē habet, reliquas partes habet vxor: id quod deeſt perit vtriq; ad ratam.

Cardinalis Tuſcus concluſ. 281. l. immiſsio, vno, inquit, creditore immiſſo, omnes illi quorum cauſa eſt æqualis, cenſentur immiſsi, cum ſunt eiuſdē tituli: nam in lucratiuis melior eſt conditio poſsidentis, & præoccupantis l. quo- 274
ties vtriuſq; ff. de reg. iur. l. is cui §. qui prin. ff. vt in poſſ. legat.: ex ſecundo Decreto non admittitur concurſus: agēte immiſſo ex primo Decreto, petēteq; tenutā confirmari, vel bona vendi, alij creditores poſſunt comparere, petereq; de pretio ſibi ſatisfieri, vel in ſubſidium, (ideſt ſi emptor non exiſtat) dari ſibi inſolutū Felinus in cap. veniēs de teſtib⁹, in perſonalib⁹
Dos pręfertur; mutuās in refectionē, funeraria: 275
depoſitū in menſa: expenſarū aūt fit collatio ad ratā crediti arg. l. 1. §. iact. ff. ad legē Rodiam, & vbi ſtat ꝑ eū q̄ eſt author ſubhaſtationis nō debētur āplius intereſſe Seraph. dec. 1338. vbi de cēſu ſubhaſtato, ꝙ deinceps nō debeatur redit⁹.

Admonēdi ſunt legū ſtudioſi tertios bono- 276
rū poſſeſſores, in quos à debitore facta eſt alienatio in fraudem, non poſſe ſingulos in ſolid. conueniri: ſed pro rata teneri, ita Iaſ. in materia Paulianæ in §. item ſi quis nu. 128. & vbi res ſit malè ſubhaſtata non teneri ad damna, neq; expenſas: ſed tantum reſtituere pecunias ad

ratam,

Digitized by Google

ratam, vt ait Seraph. deciſ. 435.

Concurrunt autem reliqui creditores preſẽtes quidem ad biennium.i. qui ſunt in Ducatu,& territorio Iud.reliqui ad quatuor an.gloſ. l. cum vnus. ff.de bo. auctoritate Iud.modo ad ratam expen. refundant, l.fin. C.eod.

SVMMARIVM.

SI MAIOR, ET PRÆSENS, &c.

CAP. XVIIII.

Abſentia tribuit cauſam reuocandæ tenutæ.

QVamuis excomunicatus vel relegatus Iaſ. §. ſi procuratorio num.3.ff.de nou. op. nuntiatione vbi tractatur quæſt. de Reuocanda tenuta ex cauſa abſentis.

SVMMARIVM.

TERMINO MENSIS, &c.

CAP. XX.

Iudex qui vendit ad haſtam poteſt habere fidem de pretio num. 277.

Procurator Fiſci non poteſt habere fidem de pretio numero 278.

Ex

EX his verbis offert ſe occaſio percunctan- 27
di, an Iudex vltra menſem, vel plures
etiam menſes poſsit habere fidem de pretio,
nam tex. l. 1. ff. de ſolut. iſtud concedere vide-
tur, verſic. permittere oportet creditori ita ge-
rere rem debitoris vt ſuam: ergo idem Iudici
permitti debet, quia Iudex fungitur officio, &
partibus creditoris: atq; ita ſi expediat, empto-
ri concedere debet dilationem, ſaltem interpo-
ſitis cautionibus de re non alienanda, niſi ſatis-
facto creditore de ſorte, intereſſe, & expenſis.
Iaſon autem contrarium ſentit. facit ad hoc l. ele
ganter ff. de pigno. act. l. procur. ff. de Tribut.
in additione ad Bart. de procuratore Fiſci 278
certum eſt quod non poteſt habere fidem de
pretio l. ſi procurator ff. de iure Fiſci, Peregri-
nus in tract. de iure Fiſci lib. ſexto ait procura-
torem Fiſci non poſſe habere fidem de pretio,
ad hoc vt dominium transferatur, poſſe tamen
cogi emptorem ſoluere.

Quod Nuntius ad accipiendum à debitore
non poſſet terminum prorogare niſi habeat ar-
bitrium eſt materia §. Callymachus.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

ABSENS, &c.

CAP. XXI.

Abeſſe à patria nullus præſumitur num. 279.
Abſens metu reſtituitur num. 279.
Abſens iure veteri non poterat conueniri num. 280.
Debitor data opera olim excludebat creditorẽ ab actione num. 280.
Decreti primi, & ſecundi origo num. 280.

279 IN dubio nullus præſumitur abeſſe à patria ſua D. D. §. rurſus, Inſtit. de act. De infirmo hic nulla mentio l. quæſitum ff. de re iudic.

Abſens metu reſtitueretur in integrum, vt de vxore quę metu verberum aufugerat à marito Chartarius de execut. ſent. in crimine, ex Anchar. conſ. 409. Abſens quoq; cauſa reipublicæ reſtitueretur l. cum quidam legationis ff. de acquir. hæred. l. is qui ff. ex quibus cauſis maior.: modo talis abſit à patria gratis (quo numero ſunt pauci) D. D. l. cum non Cod. Quomodo.

280 Priſca ætate abſens conueniri non poterat; itaq; creditoris præſentis actio præſcriptione amittebatur, qua præſcriptione reſciſſa reſtitue-

tuebatur tamen creditori actio reuerſo debitore. Itaq; erat in facultate debitoris latitare, & ſui copiam non facere in pernitiem creditorum: quibus neceſſe erat hoc caſu vti remedio extraordinario primi, & ſecundi decreti: Bonis autem vacantibus, eo quia illi quorum prima cauſa erat non adibant, & defunctus non poterat dici latitare, dabatur curator bonis, pro ſatisfaciendis creditoribus l. 1. de Cur. bo. dan. l. ab hoſtibus. Quib. ex cauſis maio. hodie ex noua Conſt. Med. & ex ſtat. non ſunt quidem pænitus abrogatæ huiuſmodi ſolemnitates, & circuitus de primo, & ſecundo Decreto, quia eis vti poſſumus, & quandoq; etiam cogimur, (vt conſtat ex ſtat. Med. cap. 14. vol. primo, Rub. de poſſeſſ. tædialibus) contra tamen debitores actione perſonali, etiam priuilegiatos, ſicut ſunt minores, & furioſi, vtimur iſta conſtit. in cauſis autem damni infecti, & ſimilibus vteremur primo, & ſecundo decreto. Cæterum Abſens quis dicatur videatur additio copioſa, ad Bart. l. 1. §. vſus autem ff. de Procur.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

PVPILLVS, &c.

CAP. XXII.

Pupillo non parcitur vbi agitur de rigoroſo iure nu.281.
Pupilli bona vt ritè vendantur num.281.
Reſtitutio in integrum denegatur defenſo num. 281. nec datur minori 283.
Ordinarium remedium excludit reſtitutionem in integrum num. 283.
Subhaſtatio rerum minoris non eget interuentu agnatorum num. 284.
Appellatio non eget litis conteſtatione num. 286.
Defendi abſens quando dicatur num. 286.

281 PVpillo hoc caſu non parcitur: quia in his quæ pertinent ad iuris rigorem, & ſeueritatem, (in qua inſunt nerui, & diſciplina Iuſtitiæ) conſeruandam, nulli parcitur DD. l. iuris ignorantia Cod. qui admitti Pupilli tamen bona ritè vendita fuiſſe ponere debemus, nempè citato tutore, vel agnatis ad for. nou. Med. Conſt. licet agnatis etiã defendentibus, multo magis non defendentibus non eſſet minori deneganda reſtitutio in integrum, quia lex denegat abſenti reſtitutionem, quando idoneè defendi-

ſenditur, habet locum in maiore l. is qui ff. ex quib. cauſ. maior.

Sed ad id quod dixi de reſtitutione in inte- 282
grum obſtat quod ait Dolanus de Reſt. in integrum cap.289. quod Pupillus habet remediũ ordinarium ex hac clauſula, & vbi adeſt remedium ordinarium ceſſat extraordinarium: de- 283
inde in hac Prouincia Med. Iud. ordnarij non reſtituunt in integrum niſi eis in ſpetie à Senatu mandetur: ſententia enim ſemel lata, ſiuè benè, ſiue male dicuntur functi officio.

Videtur quoq; in hac vẽditione, cum ſit ne- 284
ceſſaria, auctoritate ſolius Iudicis iudicium legitimari cum minore nec opus eſſe citari Agnatos. Bart.l.ſi curatorem num.6. Cod.de reſtit.in integrum: licet iure communi ob graue damnum, pignoribus vili diſtractis, ex quauis cauſa, minori ſubueniebatur l.ſi ex cauſa iudicati ff. de mino.

Contra indefenſum, iniuſtum eſſe putabant 285
antiqui Iuris Conſulti, & Legislatores, atq; iniuriũ iuſdicere: hoc .n. eſt quod paſsim legitur indicta cauſa non licere condemnare Lexicon in v. λαυκάνον: niſi in cauſa appellationis Auth. 286
vt ſponſ. largitas, quia iam in prima inſtantia fuit lis conteſtata Bart. §. Nihil commune nu. 34. vbi de hoc, & niſi in cauſis priuilegiatis, extra, vt lit.non conteſt. In beneficialibus verò nõ habet locũ primũ decretũ c.eum qui, de eo qui mitt.in ſexto: quia in beneficialibus cogitur qs

H reſpon-

reſpondere libello etiam medio excommunicationis, vt legitur quoq; in formulario Curiæ Rom contra autem illum ſolum, qui defendebatur legitimè in iudicio, æquum Antiqui iudicabant iuſdicere. Defendi vero dicebatur abſens, cum extabat defenſor cum fideiusſione de iudicato ſoluendo. Quo caſu ceſſabant remedia primi, & ſecundi decreti, agebaturque ex ſtipulatione iudicatum ſolui: Hæc repeto, vt res antiquæ, & quæ ferè ab Aula receſſere intelligantur. videatur Bart. in dicto §.
287 nihil commune: vbi tractat quando non ſit neceſſaria litis conteſtatio, & ita neque primum, aut ſecundum decretum.

SVMMARIVM.

FVRIOSVS, MENTE CAPTVS.

CAP. XXIII.

Furioſus in quo differat à mente capto. num. 288.
Mandragoræ hauſtus. num. 290.
Decretum in alienatione pecuniæ non requiritur. n. 291.

Contra tamen furioſum videtur non debere fieri venditio niſi æs alienum vrgeat, & dilatio creditori damnoſa ſit l. vlt. Cod. de Priuileg. Cred.
288 Mentecaptus differt à furioſo; quia furioſus

ſus eget cathenis: mentecaptus eget mente, & 289
quodammodo capite: in furente ſunt motus concitati, & ardentes, at in mentecapto ſunt conſopiti, quales in vetulis, & quales in eis ſunt, quos Mandragoræ hauſtus, vt aiunt, infatuat: quam Columella lib. 10. ſemihominis epitheto ob id notauit. Quamuis ſemiho- 290
minis veſano gramine facta, Mandragoræ pariat flores Iudicis autem eſt iudicare quis dicendus ſit talis. Bart. conſ. 21. & l. quidam in ſuo ff. de condit. Inſtit.

In cauſis tamen iſtorum ſicut minorum, & 291
alijs, qui Curatore egent ob ætatis, & mentis impedimentum, ſi agatur de alienatione pecuniæ neceſſaria, non requiritur decretũ, ſecus ſi ſponte vellent loco pecuniæ dare fundum: quia in pecunia nõ cadit æſtimatio, & iſta ſolutio in pecunia fit ſine læſione: ſed in ſolutione fundi poteſt cadere lęſio Bart. l. ſi ex legati cauſa ff. de verb. oblig.

De perito qui æſtimauit, & ſuccesſit debitori, quod poſsit venire cõtra factum propriũ, & petere retractari, in additionibus Speculatoris tit. de ſent. prolat. §. quoniam verſ. quid ſi Procurator final. l. ſi eum hominem ff. de fideiuſſoribus de prodigo qui æquiparatur pupillo, hic nihil l. hæc autem. ff. ex quibus cauſ. gloſ. tamen l. 1 C. cond. ind. c. dilecta confirm. etiam in odioſis extendit.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

TERMINO DVORVM MENSIVM &c.

CAP. XXIIII.

Exceptio tu non es audiendus. nu.293.
Audientia quando denegetur. n.293.
Audientię denegandæ ius. num.294.
Officium Iudicis competit, vt retractetur licitatio.n.294
Reus an audiatur ex officio contra formam conſtitutionis. num.294.

292 SI quis tamen poſt terminũ duorum menſiũ de facto audiretur, parte conniuente, iudicium valeret quemadmodũ lapſo termino ad accuſandũ poteſt quis admitti niſi excipiatur: Bart.l. Abſentem ff. de Pœnis Menoch.de præſump. lib 2.præſumptione 46.n. 7. nam multa fieri non debent, quæ tamen facta tenent, ſimiles autem exceptiones tu no ſatisfeciſti,& ideo
293 audiri non debes ſemper opponi poſſunt re integra Bart.l.eleganter §. ſi quis poſt num.7 ff de condit. indeb. idem l. ſi ſoror Cod. de Collat. quod collatio fit per actionis denegationem in Hiſpania teſte Acebeda deciſ. Luſitana 37.p.1. in multis caſibus iſtiuſmodi exceptiones opponuntur; itaq; debitor non auditur niſi prius ſatisferit gloſa l.item quia ff.de pact.cap.in Nomine

mine Domini. v. audientiam diſtin. 22. cap. 1. de Iud. & in materia Imperij dicunt Doctores 294
quod denegare audientiam eſt modici Imperij, & leuis quædam coertio Bald. l. conſentaneum col. ſexta C. quomodo, & quando Iud. An autem aliquo ex iſtis caſibus poſsit iudicis officium implorari v.g. vt retractet ex maxima læſione venditionem, ſi debitor ſit inops, antequam ſatisfiat creditori refert opiniones Iaſon §. ſublata ff. ad Trebellianum, in criminalibus quamuis lex quandoq; neget audientiam reo, niſi prius ſe conſtituat, ex officio tamen poteſt inquiri de innocentia accuſati vt videat bannum, & cognoſcat, quod occiſus erat bannitus Iaſon l. vbi pactum num. 13. & n 11. & nu. 12. Bart. l. ſi defunctus §. qui in communi ff. de Procurat. Procurator datus in iudicijs duplicibus cogitur præciſe defendere ſi eſt ſatiſdatum eo petente: agens non auditur ſi nolit defendere, ſat enim eſt quod non auditur.

SVMMARIVM.

CORAM IVDICE, &c.

CAP. XXV.

Iudex poſt ſententiam quando non dicatur functus officio. num. 295.

Commiſſarius articuli lata ſententia dicitur functus offitio. n. 295.

 Co-

295 Coram Iudice prioris iudicij, qui non poteſt dici functus officio: nam lex, & conſtitutio iſta reſeruat illi hunc caſum l Iudex ff. de re iudicata: Niſi eſſet commiſſarius articuli. Hic enim lata ſententia functus eſt officio cap. in litteris de offi. deleg. imo ſi eſſet ſimpliciter delegatus, iuriſditio duraret donec negotium abſolueretur cap. querelã de offic. deleg. quod tunc maximè verum eſſet, cum Iudex in ſententia iſtam facultatem ſibi reſeruaſſet cap. Iudex cap. quamuis de offi. deleg. in ſexto gloſa cap. de prouidentia, de donat. inter Vir. & vxo: lib. 4.

SVMMARIVM.

CONQVERERETVR &c.

CAP. XXVI.

Appellatio & querela differunt. nu. 296.
Querelæ remedium. num 296.
Attentata a quo reuocentur. num. 296.
Appellationis cauſa eſt eadem cum prima. num. 296.
Querela quando ſit admittenda. num. 297.

296 PEtens retractari: conquereretur inquã implorando officium Iudicis per viam querelæ non appellationis, nec attentatorum: nam hæc eſt differentia inter querelam, & appellatio-

tionem: quia attentata poſtquā cauſa commiſſa eſt appellatione remota, debent ab eodem Iudice reuocari via querelæ; nam eius Iuriſdictio non eſt ſuſpenſa: ſed non eſt ſuſpenſa propter appellationē, (cū appellatio deuoluat totum negotium) debent reuocari per viā attentati: Panorm. in c. Paſtoral. de appell. n. 15. ſi quidē appellatione interpoſita licet cauſa ſit eadem, alia tamen eſt tela iudicij, alius Iudex, alia inſtantia Bald. l. qui proprio ff. de Procur. Hoc anno cum eſſet interpoſita appellatio ad ſuum ſanct. à Iud. ſuffraganeo Sauonæ, attentatorū cauſa fuit introducta corā Mediolanī Metropolitano ex cap. ſolicitudinē de Appel. ſed 297
an admittitur ſemper volens conquerere, reſſpondeo eſſe arbitrariū ex cauſa, gloſa c. fraternitatis de frig. & malef. in hoc non datur certa regula Abbas cap. lator de ſent. & re iudic.

SVMMARIVM.

NIMIS VILI ALIENATA &c.

CAP. XXVII.

Vendita ſubhaſtam præſumi iuſto pretio vendita. n. 298.
Pactum redimendi minuit pretium rei. n. 299. l. 2. C. de reſcind. an excludacur ab hac conſtitutione. n. 300. 301.
Alienatio in fraudem quæ. nu. 301.
Expreſſum eſt id quod venit conſequenter. nu 303.

Digitized by Google

Libellus an continere debeat rei qualitates. nu.304.
Iudex ſupplere an teneatur. nu.305.
Petitionis cauſam tenetur actor exprimere. n.305.
Venditio facta plus iuſto an retractetur. n 305.306.307.
Solemnitates intuitu perſonę non retorquentur cõtra perſonam. nu.307.
An hæc conſtitutio excludat l.2. cod. de reſcind. eget deciſ. num.309.
Venditio in fraudem de donat. inter virum non valet. nu. 310.

398 IN dubio res ad haſtam vendita, præſumitur iuſto pretio vendita. Angelus tamẽ cõtrarium in l.ſciendum, ad hoc Bald.conſ. quod incipit. Quæritur quod aliter debeat æſtimari Bart. rub. Cod. de præſcrip. 30 annorum.

299 Aduertatur conſtitutionem loqui cum additione particulæ. NIMIS. nec ſimpliciter loqui: nam manifeſtum eſt ſolere bona his caſibus, vt plurimum vendi minoris iuſto pretio, propter dilationem ad redimendum, quam conſtitutio concedit debitori: ea enim dilatio minuit pretia rerum, vt notorium eſt Iaſ. §. ſi quis præcepto ff. ad Trebel. n. 10. 11. 12. l. ſi quis putans ff. commun. diuidendo v. hoc minoris partem æſtimare debere, quod ex pacto creditor eam vendere poteſt.

300 Videtur autem conſtitutio corrigere lege 2. Cod. de reſcind. vend. quæ competit ad annos triginta ratione enormiſsimæ læſionis, cum prę-

præfigat terminum duorum menſiũ ad petendum reſcindi, & retractari haſtã ex nimia læſione: niſi quis dicat nimiam læſionem, de qua hoc loco, non eſſe eam de qua in lege 2. Cod. de reſcind., ſed variè ſumi; nam ſi quis arguat contractum de vſura, nimis vile pretium conſtat eſſe dimidiatum ex cap. ad noſtram v. vix 301
dimidiam iuſti pretij, de emp. Caſſado. deciſ. 2. de vſur. in Pauliana quoq; quæ datur creditoribus ad reuocãdum alienata in fraudem, fraus arguitur ex alienatione facta nimis vili, & quod dicitur de venditione habet locum in datione inſolutum, vt ait Caſſadorus dicta deciſ. Franciſcus Ripa lib. 3. de donationibus, & 302
gratijs reuoc. num. 24. plura in hanc ſententiam, quæ non tranſcribo propter nimietatem. Antonius Heringius modernus Author in tract. de fideiuſſ. cap. 20. §. 21. quibus modis tollitur fideiuſsio nonnulla in hanc ſententiam vbi quoq; attingit alias quæſtiones in materia dationis inſolutum, vt de errore calculi an vitiet dationem, & vbi conciliat Neguſantium, & Speculatorem, qui contrarias opiniones habent cum res data inſolutum euincitur an debitor ſit liberatus à prima obligatione.

Ex eo autem quod quis conquereretur de 303
venditione, & peteret eam retractari ſatis pro expreſsis haberentur verba iſta nimis vili conſequentia quadam, quia verba iſta

pro-

proferuntur à conquerente habita ratione verborum conſtitutionis, & ad ea ſe referendo: relatum autem eſt in referente, ſed Iaſon videtur eſſe in ea opinione, vt qualitas iſta debeat ex-
304 primi; probatur exemplo (ex additione ad Bart. in §. arbitrorum nu. 15. l. A.) quod non ſatis eſt reclamare à Laudo, ſed opus eſt petere illud corrigi, quia Iudex non debet ex officio ſupplere: ſed reſpondetur, cum petitio eſt contra iuris diſpoſitionem Iudex cogere debet, vt exprimatur cauſa petitionis, alias reijcitur. Bald. l. 2. Cod. formulis Abb. cap. conſtit. de electionibus, ſed petitio, quæ fit, vt retractetur venditio in caſu iſtius conſtitutionis non eſt contra iuris municipalis diſpoſitionem.

305 Dubitatio maior oritur ſi debitor contendat bona vendita fuiſſe vili, & teſtes probent contrarium, nempè pluris iuſto vendita fuiſſe an venditio retractari debeat ad vtilitatem creditoris, ſiue emptoris: nam in iudicijs ſeruanda eſt æqualitas l. præterea in cauſa ff. mandati v. namq; iniquum eſt non eſſe mihi cũ illo actionem, illi mecum eſſe: deinde facit regula, quod quiſq; iuris &c. facit adhoc l. ſi quis aliam ff. de ſolut. vbi ſi quis fundum pluris æſtimatum inſolutum accipiat, poteſt nihilominus agere contra debitorem, vt ſuppleat quod deeſt.

306 Contrarium tamen reſpondendum eſt: quia

iſta

iſta conſtitutione expreſsè cauetur hanc retractationem fieri ad vtilitatem debitoris, leges contrariæ loquuntur cum dolus debitoris interuenit, vel error, quia mēſura maior demonſtrata l. Titio cum eſſet Romæ fin. ff. ad municip. regula quod quiſq; iuris habet locum, cum tale ius fuit conceſſum, & conſtitutum ad petitionem aduerſarij: ita diſtinguunt DD. in tit. Quod quiſq; iu. gloſſa in cap. potuit, loc. vbi Abbas ait quod generalis cōceſsio in fauorem 307
alicuius non operatur niſi velit priuilegiatus, & Caſtrenſis conſ. 206. conſuluit quod Iudæus non poteſt agere ad vſuras poſt tempus in quo potuit pignus poni in ſortem, quare ſi Iudæus excipiat non poſui, quia non fuere ſeruatæ ſolemnitates: mea cauſa replicabit debitor, fuere tales ſolemnitates inuentæ, & ideo hæc exceptio tibi non competit: at Rolandinus in ſumma Quæſt. nona, de appellat. ait Iud. appellationis poſſe ſupplere condemnando eum qui appellauit, ſi comperuerit eum fuiſſe condemnatum in minori ſumma, quā deberet, & Abbas in cap. diuerſis fallacijs de Cler. coniug. n. 4. 5. Iaſon l. vinum nu. 8. de ſimili quæſt. numquid debitor poſsit creditori opponere de mora ex natura correllatiuorum.

Quæro an conſtitutio de nimis vili, habeat 308
locum in viliſsimo, & an iſta verba idem ſignificent? dubium facit, quia diuerſitas vocis denotat diuerſitatem ſenſus l. ſi idem C. de codic.

facit

309 facit pro opinione eorum qui dicunt remedium l. 2. Cod. de reſcind. non tolli per hæc verba; nec obſtat quod conſtitutio ſtatuat terminum duorum menſium ad petendam retractationem cum res vendita eſt nimis vili, quia non ſtatuit idem quãdo diſtrahitur viliſsimo: verum cum nimietas ſit qualitas deprauatiua ſubiecti, quatenus deprauet, in ijs quæ ſenſui ſe ſe non obijciunt, periti eſt ſtatuere: quomodo autem ſit interpretanda conſtitutio iſta in hoc caſu arbitror ſpectare ad eum, qui legem tulit l. neq;: de legibus. Nam nulla de hoc extat cõſuetudo ex qua poſsit fieri interpretatio, Sola in cõm. Sabaud. tit. 39. de forma, & ordine obſeruando in pignorationibus, & ſubhaſtationibus gloſ. 3. numero 20. ait comuniorem opin. eſſe quod ſit locus l. 2. Cod. reſcind. & ibi alia multa de hoc.

310 Si colludente viro cũ vxore in fraudem legis de Donat. inter vir. & vxor. fieret venditio nimis vili, iure communi nulla eſſet l. vir vxori. ff. ad Velleianum, ſed ſi fieret alteri quam vxori nulla eſſet in eo tantum quod excedit non ſeruata lege de inſinuatione, & eſſet reducibilis: ſicut penſio excedens medietatem non eſt nulla, ſed reducibilis Caſſadorus de penſionibus, deciſ. (obiter) conuentio, tamen in caſu cenſus quod retractetur non excuſat, ſi eſt contra Bullam, ex traditis à D. D. & Dec. l. contractus ff. de reg. iuris: non proſequor, quia

quia hęc eſt quæſtio alterius loci. cũ hæc ſcriberem (obiter) incidit quęſtio de debitore cenſus qui bona proclamauit, & creditor cridis nõ contradixit, an amiſerit ius cenſus? conabar creditorem tueri, ex eo quia conſtitutio de bonis ad cridas &c. obligat ad contradicendũ habentes ius in re, at creditor videtur potius habere ius in fructibus, & ideò in caſu ſterilitatis remittit: ex DD. l. cotem. cogitañ. tamen.

SVMMARIVM.

TENEATVR ALIENATIONEM Reducere ad duas partes ex tribus veri pretij, & veræ æſtimationis &c.

CAP. XXVIII.

Pretium eſt rei æſtimatio rei num. 310.
Reſcindens iudicium, & reſciſſorium ſimul intentatur numero 312.
Venditio facta plus debito viciatur num. 313.
Pretium verum vt probetur num. 314.
Perito cenſetur mandatum vt æſtimet deducta tertia numero 315.
Eſtimatio ad quod tempus referatur num. 316.
Licitatio doloſa ex quibus num. 317.
Pignus non idoneum cedit inſolutum num. 317.

Quæſtio

Quæſtio difficilis eſt an deductio tertiæ ſit pęna vel intereſſe num.318 319.320.
Actiones quæ inficiatione creſcunt num.318.
Vitia perſonalia afficiunt rem num.319.
Tertiæ deductio fit officio iudicis num.320.
Deductioni tertiæ poteſt præſcribi num.320.
Fructus reſtituuntur quando venditio eſt nulla numero 323.
Debitori remedia dantur ad reuocandam indebitam venditionem num.324.
Condictio ex lege num.326.
Creditori datur retentio licet tenuta ſit nulla num.337.
Tertiæ deductio ceſſat in multis caſibus num. 328. 329. 340. 341. 342. &c.
Venditio quando fiat ſine deductione tertiæ num.329.
Familiæ Herciſcundæ iudicium nu.329.
Adiudicatio fit iuſto pretio num.329.
Exceptio niſi in quantum facit vt taxentur alimenta ad aureos 24 num 331.
Frater an teneatur alere fratrem num.332.333.
Primogeniti in Hiſpania num 332.
Patronus iuris patronatus, niſi in quantum num.334.
Debitor pecuniæ contemplatione rei num 336.
Venditio Fiſcalium debitorum fit iuſto pretio num.337.
Venditio rerum Eccleſiæ fit iuſto pretio num.340.
Dotis cauſa conſtituendæ venditio num.340.341.
Venditio non fit iuſto etiam in hypothecaria num.344.
Iudex in Syndicatu non tenetur niſi in quantum nu.347.
Venditio ex cauſa dependenti ex teſtamento fit iuſto pretio num.350.

Notan-

NOtandum quod particula ex hoc loco ponitur pro ideſt, nam pretium eſt æſtimatio rei, vt dixi in tractatu de pretio, & æſtimatione Mediolani impreſſo anno 1615. Ex eo autem quod Iudex facit hãc reductionem neq; tamen alienationem quoad reliqua confirmat tacitè eam confirmare intelligitur Abbas cap. cum cauſa num. 7. 8. 9. 10. de re Iud. in quæſt. an Iudex appellationis cenſeatur condemnare ſi pronuntiat bene ſententiatum.

Quod ſi contingat alienationem non egere 312
reductione, calumniantem in expenſis cõdemnabit.

Per hæc verba conſtitutio innuit iudicium reſcindens, & reſciſſorium ſimul poſſe intentari DD. l. ab hoſtibus §. ſed ff. ex quib. cauſ. maior.

Ait conſtitutio veri pretij, addendum vide- 313
batur, & veri debiti; nam ſi plus vero debito, vel numo, fiat, non valet, Ioſeph Cumia de Ritibus &c. cap. 37.

Ait conſtitutio veri pretij ad differentiam 314
conuentionalis, ſiue affectionis. Quod ſi æſtimatores, vel teſtes eſſent diſcordes Iudex eligeret mediam quandam viam gloſſa l. diem proferre, §. ſi plures ff. de Arbitris Innocentius cap. quid per Nouellæ ex. de V. ſignific. Rebuffus per tex. l. ita vt omnes ff. mand. gloſ. V. ſubtilitatem nu. 32. Cod. de ſent. quæ pro eo. Quare ſi primi æſtimatores retuliſſent

rem

Digitized by Google

rem valere decem poſteriores vndecim Iudex pronuntiaret rem vendəudam eſſe vndecim cũ dimidio, in nomine autem vendito, ſiue actione, adhibebit iudicium cauſidicorum qui litis euentum ęſtiment ex Bald.l.1. num.8. Cod. de reſcind.

315 Quid ſi Iudex commiſit perito vt, vel æſtimet, vel det inſolutum ſine alia adiectione, an intelligatur mandaſſe, vt æſtimet deducta tertia? Reſpondeo cenſeri mandaſſe iuxta formã conſtitutionis, quia verba intelligi debent ſecundum formam iuris l. dies cautioni §. Prętor num. 13. in quæſt. de mandato vt quis citetur: nam intelligitur perſonaliter, vel ad domum. Iaſon §. ex maleficijs de Actio. nu. 108. quod proponens actionem, quæ per inficiationem creſcit, tacitè petit contrà negantem duplum, licet in libello non exprimatur. Quod Iudex teneatur adhibere duos peritos aliter quod appelletur Margo ad legem, omnem, prima Conſtit. ff. de veteri iure enucleando. Barl.l.D.

316 Quæro cuius temporis habenda ſit ratio in ęſtimanda re? Reſpondeo in dubio temporis in quo fit venditio, & ſolutio ex regula de qua DD. l. Paulus ff. de ſolut. æſtimationes referri ad tempus ſolutionis, non obligationis: etſi quæſtio iſta variè agitetur à DD. l. vinum ff. ſi cert. petat.

317 Sciendum eſt iure Codicis cum agebatur de pignore vendito quod creditor cogebatur iu-

uare

rare rem tanti venditam fuiſſe, quanti potuit vendi l. vetuſtiſsimā C. de Iure dom. nec venditio retractabatur niſi ex dolo l. 1. 2. Cod. ſi de vend. pign. dolus vero erat probatus ex licitatione, & haſta facta precipitanter, vel in angulo Suarez Recep. ſent. v. decret. Vincent. de Phano deciſ. 14. Cagn. l. 2. n. 159. Cod. de reſcind. ſeruabaturq; in pignore conuentionali, ſi creditor non idoneum pignus accepiſſet, quod nihilominus debitor cogebatur ſupplere. in pignore Pretorio ſiue Iudiciali pignus, licet nō eſſet idoneum, cedebat creditori in ſolutum in ſolidum: ſi pignora emptorem inueniebant addicebantur plus offerenti, ſin minus creditori (petenti tamen) pro tota ſumma, quam rem, cum animaduertiſſet Heringius in tractatu de fideiuſſoribus, quem ſupra citauimus cap. 27. multa dixit quę ſunt contraria iuri, nec rectè conciliauit Neguſantium cum Speculatore.

Quæro an conſtitutio voluerit iſtam deductionem fieri poſſe, & debere pęnę nomine: i. vt plecteret moram, & culpam debitoris non ſoluentis pecuniam, an potius, voluerit fieri deductionem contemplatione intereſſe alicuius creditoris quod patiatur quia rem pro pecunia cogitur diſtrahere magnis laboribus, & expenſis: ſi quidem cum fit venditio, licet iuſto pretio, fit tam pro ſorte, quam pro eo quod intereſt, & expenſis, eodem 318

I modo

modo quando fit deducta tertia, iniquum igitur eſt, quod creditor bis idem conſequatur, nempè, & pœnam, & intereſſe. Iſta inueſtigatio eſt vtilis ad multa: nam ſi emptor, vel creditor hanc tertiam conſequitur veluti in Noxali actione illud quod Noxæ deditur, vel vt rei iiquum in actionibus quæ creſcunt per infitiationem, quemadmodum ex cauſa depoſiti tumultus, incendij, naufragij, Aquiliæ, Legati ad pias cauſas, de quibus actionibus DD. §. ex maleficijs, Inſtit. de actio, ergò creditor habet hanc tertiã ex cauſa lucratiua, quia ſic placuit Principi, id ſi iſta eſt ergo etiam vitia perſonalia emptorem cum re conſequuntur, nec poteſt igitur emptor preſcribere D. D. l. vitia Cod. de acquir. poſſeſsione, ſequitur
319 quoque quod creditor hanc tertiam partem deducendam poteſt repudiare in præiuditium eius creditorum, neque propterea diceretur fraudem facere aut reuocatoria per creditores agi poſſe D. D. & Iaſon num. 121. §. item ſi quis, Inſtit. de actio.

320 Rurſus quæro an iſta tertia debeatur iure actionis? Reſpondeo non deberi: nam de pecunia ſoluenda fuit contractus celebratus: ergò iſta tertia debetur officio iudicis, ex quo ſequitur quod ſi creditor acceperit rem in ſolutum ſine aliqua deductione, non ſupererit ei aliquod remedium ad eam conſequendã, cum ſemel Iudex functus ſit officio ſuo l. ſi pro iure §.

furti

furti ff. de cond. furt. l. qui ſeruum ff. de actio. & oblig. ſequitur quoq; quod vbi Iudex reſer uauiſſet etiam ſibi iſtud officium, quod tamen ei præſcribi poſſet, nec obeſſet Ius Canonicum ex Neguſan. part. ſexta memb. 2. num. 23. nã in eo quod officio Iudicis debetur non cadit mala fides. 321

Arbitror dici poſſe quod ſit pœnalis iſtius tertiæ perſecutio ex latere debitoris: ex latere vero creditoris, rei perſecutoria, iuxta diſtinctionem gloſſæ in §. Rei perſequendæ cauſa Inſtit. 1. de actionibus in verbo conducto, & ideo quod debitor admitti debeat ad luendum corpore. Panormit. cap. repræhenſibilis n. 15. de appellationibus. 322

Quæro de fructibus in iſtius tertię deductione, ad quem ſpectant? Reſpondeo emptorem eos lucrari; nam quilibet bonæ fidei poſſeſſor 323 ſiue titulum habeat, ſiue non habeat, fructus induſtriales ſuos facit, Peregr. de fideicom. articulo 49. n. 110. ex l. fructus ff. de vſur. ex inutili tamen datione in ſolut. nulliter facta, & reſoluta, etiam fructus condicerentur ideſt repeterentur l. prolatam Cod. de ſenten. l. indebiti ſoluti v. imo & fructus l. eleganter ff. de condit. indebit. v. reſoluta. in dubio emens ad haſtam præſumitur eſſe in bona fide, ideoq; in omnem caſum non teneretur niſi de perceptis l. videamus ff. de vſu lege ſi mora ff. ſolut. matrim.

324 Quæro ſecuta reſciſſoria ; & reſoluta venditione ſiue retractata, an ad repetẽdum reſiduũ, debitori competat rei vendicatio? Reſpondeo competere ad eam partem quam æſtimator detraxerit : priore enim Iuditio dominium fuit tranſlatum in emptorem reuocabiliter, & ſub conditione retractandi; probata igitur poſtea læſione, & facta declaratione quænam pars ſit debitori relaxanda, vel ei debitori ex ſententia dabitur actio in factũ, vel ſupererit rei vẽdicatio ad dominium: Nec obſtabit quod iam dominium rei in priore iudicio ſit tranſlatum in emptorem, & non potuerit eadem res eſſe duorum, quia replicabitur de reſciſsione: idẽ
325 videmus fieri in legato alternatiuo: nam incertum eſt ab initio quænam ex rebus alternatiuis ſpectet ad legatarium, at facta declaratione fit certum, & ſtatim dominiũ eius transfertur l. huiuſmodi §. ſtichum ff. de legat. 1. l. apud Aufidium ff. de opt. legat. gloſa l. in rem ff. de rei vend. vel dicendũ eſt agi condicione ex hac
326 conſtitutione, quæ eſt actio ſtricti iuris, & in qua veniunt fructus, & intereſſe à die tantum litis conteſtatæ, lege cum fundus ff. ſi certum petatur lege ex diuerſo cũ gloſa ff. de rei vend. & §. ſi quis à non domino inſtit. de rerum diuiſ. & §. primo ff. de officio Iud. & lege certum Cod. de rei vend. & Abbas cap. grauis de reſtit. ſpoliat.

327 Quæro an cõperta læſione Iudex debeat cõ-

dem-

demnare creditorem qui in ſubſidium habuit in ſolutum ad conputandum fructus in ſortem? Afflictus deciſ. 218. ex Neguſan. de pign. 2. memb. part. 3. n. 20. ait immiſſum in poſſeſsionem rei minoris pretij tuendum eſſe ad ratam; quia licet tenuta ſit nulla datur tamen ius retinendi, nec poteſt hoc caſu debitor replicare quod prius cognoſcēdum ſit de poſſeſsione ex §. ſi centum ff. de cond. indeb. vbi D. D. in hac materia congerunt alias quæſt. veluti de datione in ſolutum facta partim pro vero debito, partim non vero: an vitietur tota: non enim vitiaretur ſtipulatio, additio ad Bart. l. 1. §. ſi ſtipulanti ff. de verb. oblig.

Quæro an dentur caſus in quibus nulla de- 328
ductio fieri debeat, ſed iuſto pretio bona ſint danda inſolutum, ſiue vendenda? Reſpondeo dari, nam in communi diuidundo, & in iudicio de Fin. non debet fieri detractio quia in iſtis caſibus emptor cogitur, & eſt neceſſarius emptor: Conſtitutio autem noſtra loquitur de volūtario emptore: cum. n. Iudex gratia cōmo-
dioris diuiſionis, inter confines, alteri rē adiu- 329
dicat alterum facit venditorem neceſſarium, & cogit rem conſorti dimittere ſi etiam cogeret poſtea ratione moræ dare de bonis deducta tertia, inducta cauſa æqualitatis ſeruandæ ad inæqualitatem ſpectarent, & redirent ad eum caſum à quo initium ſumere non debent.
Ceſſat cū creditor vult vēdere meliora, vt dixi 330

Digitized by Google

c. ſexto in ſecundo lib. cum multis relinquenda ſit etiam proprietas, ex cuius fructib. alantur nec vendi poſsit, l. qui. bonis, ff. de bon. ceſſ.

331 Ceſſat detractio cum agitur aduerſus perſonas, quæ cogerentur egere ſi fieret detractio, & ſunt de numero perſonarum, quę nō tenentur, niſi in quantum (vt donator) niſi ex artificio poſsint lucrari alimenta gloſ. l. in cōdemnatione de reg. iur. nā iſtis prius annuū aliquid pro uictu, & veſtitu ex qualitate perſonarū, eſſet dimittendū Caſſad. deciſ. 6. de Odoard. taxat infimo cuiq; Clerico viginti quatuor aureos nummos de Camera tit. de appel. glo. l. cū de l. ff. de prob. Iaſ. §. itē ſi quis, inſtit. de actio. n. 71. 72. 73 iſtis (ſicut Bart. in tractu de alimentis n. 15.)

332 adnumerant fratrem ſiue cōſanguineum, ideſt ex eodē patre, & matre; ſiue germanum, ideſt ex eodem tantū patre; ſiue vterinum. iſtud tamen nulla lege cautum reperitur: quamuis cū lex non adeſt ſatis ſit allegare Doctorum Reſponſa Felin. cap. fin. col. 7. de conſtit. Barbatias conſ. 1. vol. 1. de aucthoritate gloſę. Lex ſalica de regno, & lex Hiſpaniæ excludunt fratres à ſucceſsione Regni, primogenitoq; illud deferunt: tenentur tamen primogeniti dare fratribus, & fratrum filijs victum, & alimenta, ſiue aliquid ad vtendum, fruendum, quod nō trāſit ad hæredes, quia eſt vſusfructus Panormit. cap licet, de voto, Surdus de alimentis gloſam

333 & Baldum refert dicere fratrem teneri ad alen

dum

dum fratrem: quod ſi verum eſt magis tenetur alere ſororem, quia fœminæ ſunt magis egentes auxilij ratione ſexus: itaq; Azo, & gloſ. l. 2. Cod. ad Maced. ait quod frater tenetur dotare ſororem.

Iaſon in §. Flauius dixit conſortē teneri cōſorti venedere iuſto pretio. iſtis adnumerantur omnes de quibus D. D. l. miles ff. de re iudicata, Patronus quoq; qui conuenitur ab Eccleſia ad dotandum iuxta cap. cum ſicut de Eccleſijs ędifican. quod capitulū (obiter dictum) Iohānes de Anania interpretatur non habere locū in capellis conſtructis in aliena Eccleſia. licet condemnaretur Patronus in ſolidum, & alij de 334 quibus ſupra haberent tamen exceptionem, niſi in quantum: imò ob magnam inopiā deberent ali ab Eccleſia, Citadinus Mediolan. in tractatu de Iure patronatus ex dotatione.

Ceſſat cum datur Ius in ſolutum, ſiue venditur ex rationibus Farinacei q. 25. tit. de delictis n. 110. vbi ait in generali confiſcatione non venire iura, nomina, actiones, quia talia non veniūt appellatione bonorū ſuorū: pronomen. n. ſuorū refertur ad ea q̄ poſsidentur: at poſſeſsio nō cadit in iurib⁹ Bald. l. 1. ff. de ſtatu hominū. 335

Ceſſat in caſu l. ſi fundus per fideicommiſſū ff. de legatis primo Iaſ. n. 12. l. fideiuſſor euictionis ff. de exceptione doli, vbi traditur regula q̄ qui tenetur ſoluere pecuniam cōtēplatione certæ rei dimittendo rem liberatur, exēplo dimit- 336

Digitized by Google

tentis rem Publicano: quia cum debitor hoc caſu nō poſsit cogi precisè ſoluere pecuniā (quod conſtitutio requirit) neq; cogi debet loco pecuniæ rem iniquo pretio diſtrahere.

337 Ceſſat in venditione rerum Fiſcaliū ne ſubditi plus iuſto grauentur mulctis exigendis Peregrinus lib. ſexto de iure fiſci in eximentem, vi debitorem fiſci non iuratur in litem, quod tamen priuato conceditur l. quoties Cod. de

338 exact. trib. & Iaſon. § pœnales num. 99. Inſtit. de actio. Princeps quoq; id ita ſtatuiſſe videtur, quia vult à ſe omnē auaritiæ ſuſpitionē abeſſe l. 1. §. fin. C. de caducis tollēd. Auth. de Nupt. § 1.

339 Si Clericus agat contra laicum an ceſſet deductio tertię? ſolutio Quæſtionis pendet ex ijs quæ Panormitanus in c. quod Clericis de foro comp. n. 36. vbi diſputatur an tunc ſeruetur ius commune an ſtatutorum.

340 Ceſſat cum datur res in ſolutum Eccleſiæ; quia creditor rem æſtimatam vndecim, debet emere duodecim cap. Caſellas c. ea enim decima quæſtione 2. imo hoc caſu creditor cogitur rem mediocrem accipere alias enim ſi vellet vti iure communi, & ita iuſto pretio emere, poſſet eligere meliorem ex Authen. hoc niſi Cod. de ſolut.

341 De Dote conſtituenda, & reſtituenda deducta tertia vbi ſeruata ſit ſolemnitas huius conſtitutionis extat ordo Excellentiſsimi Senat. 19 Ian. 1608 penes Bellaſium.

De

De dote recepta in ſpetie an debeat reddi in pecunia diſtractis rebus detracta tertia Bart. l. cum quęreretur ff. de legatis tertio, & quid de dote ſoluēda viro quæ eſt titulus oneroſus quoad virum, & reſtituenda vxori, quæ eſt titulus lucratiuus quoad eā gloſſa l. Męuia §. pri. ff. ſolut. matrim. Bald. l. 2. Cod. de reuoc. & Butrius de Sponſalibus lib. 4. decret. ait leges de Societate ſeruādas eſſe inter virum, & vxorem, alij, in lege generali nunquam venire caſum dotis, ac propterea in hoc Doctores variauere. Itaq; ad tollēdas cōtrouerſias ampliſsimus ordo optime, vt omnia alia, decretū ſuum interpoſuit. 342

Ceſſat deductio in eo qui promiſit ſoluere pecuniam in bonis Felin. poſt alios cap. 1. col. 8. de re iudicat. Alexander Authentica iubemus Cod. de iud. l. ita ſtipulatus decē in melle ff. de ſolutionib⁹. alij diſtingunt, quia qui promittit ſoluere ſimpliciter intelligitur ſecundū ius Municipale quando paciſcentes ſunt municipales ideſt conciues: ſecus quando ſunt diuerſi fori, vt in additionibus ad Bart. in §. Arbitrorū l. B. 343

Ceſſat in actionibus realibus, quia conſtitutio loquitur de actione perſonali, deinde ceſſat quando quis ageret ad creditum ex primo, & ſecundo decreto ideſt iure communi; ſicut enim, qui eligit agere actione ciuili videtur negligere actionem honorariam l. & ita de facto ff. Nautę Caupones, ſtabul. v. contentus: ita qui eligit agere iure communi 344

videtur

videtur neglexiſſe conſtitutionem quamuis (vt
345 vtar verbo l. ad probationem Cod. de prob. l. Tutela legitima l. 3. ff. de manumis. l. Lutius §. tres hæredes ff. ad Trebel.) conniuentibus oculis debitorum, ex abuſu fiat detractio tertię in omni caſu; niſi quis dicat quod agendo hypothecaria contra debitorem iſtud fiat quia hoc
346 caſu hypothecaria habet plurimum perſonalitatis. Iaſon. §. item Seruiana num. 120.

Ceſſat cum Agnatus ex forma ſtatuti retrahit ab emptore: quia Agnatus non eſt creditor: tertia autem cedit creditori ad ratam.

347 Ceſſat cum agitur aduerſus Iudicem, qui licet ex imperitia teaneatur Aquilia, & litem ſuam faciat, tenetur tamen niſi in quantum ex gloſſa l. fin. §. in ea ff. de varijs, & extraord. Farinaceus in praxi crimin. quæſt. 111.

348 Ceſſat cum caſus eſt mixtus, ne legum correctio in non expreſsis inducatur; veluti cum debitum eſſet in dando pecuniam, & faciendo, vt de reddendo rationes. l. cum ſeruus ita ff. de conditionibus, & demonſtrationibus.

349 Ceſſat aduerſus magiſtrum, Iaſon in §. pœnales nu. 82. inſtit. de actionibus, nam Surdus de alim. Quęſt. 57. ait diſcipulum teneri alere Magiſtrum l. 1. ff. de orig. iuris.

350 Ceſſat cum hęres facit inuentarium: etſi quęſtio ſit, an illud non faciens perdat Trebell. Bart. conſ. 2. § ſcimus Cod. de iure delib. Nam hoc caſu poteſt pro pecunia dari fundus ex

pri-

priuilegio vlt. voluntatis, quia legatarij habent cauſam lucratiuam, & hæres poteſt dare de bonis iure communi: conſtitutio autem loquitur in caſibus in quibus iure communi aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt; niſi pecunia numerata: hocq; maximè haberet locũ, ſi filius periclitaretur legitimam, vel aliud ex ſtatuto Mediolani incipiente. Nullus aſcendens: nam teſtator non poteſt grauare in legitima Bart. conſ. 29. & res eſt trita.

Ceſſat cum datio inſolutum fit pro ſumma debita, imputet enim ſibi creditor ſi minus accipit quam lex permittit; vt vicisſim quoq; debitor debet ſibi imputare ſi quandoq; id ꝙ plus valet creditori concedit: effuſus enim ſermo nocet, ita not. in margine ad §. l. à Diuo Pio §. ſi pign. ff. de re iudic. Bart. 351

Quæro an emptor cogatur rem emere iuſto pretio ſi debitor paratus eſt renuntiare pacto redimendi? Reſpondeo beneficium iſtud eſſe commune, propterea nõ poſſe, argu. cap. omnis. de pœn.: vbi quis non poteſt renuntiare vſui Parochialis, ne teneatur ad refectionẽ cap. ꝙ à te de Cle. cõiug. Bart. l. 1. §. Marcellus ff. de in diẽ ad: Tiraqllus de retractu §. 54 gloſ. penult. n. 7. Frãciſcus de Amicis in repetitione Tituli. Qui feudũ dare &c. vbi de cõi: vide ſup. n. 383.

In caſibus autẽ in quibus ceſſat deductio tertiæ ceſſare debet correſpectiua obligatio relaxandi rem infra annum, & beneficium redi- 352

mendi, vt commoda cum incommodis compenſentur: ſi quidem dilationem anni ad redimendum conſtitutio concedit ob tertiæ detractionem, compenſatione quadam, argumento l. nam ſatis §. primo v. reſpondet ff. quemad. ſeruit. amitt.

353 Si hæres tenetur reſtituere reliquum pretiũ ex rebus vendendis,& vocati dubitant ne colludat, & viliori pretio diſtrahi patiatur, remedium eſt quod inhibeant ne diſtrahantur niſi ipſis præſentibus, Bart. conſ. 19.

SVMMARIVM.

ET EO AMPLIVS OMNI CASV,
Saluum ſemper erit ius debitori ea bona eodem pretio &c.

CAP. XXIX.

Pretium iuſtum colligitur ex inſtrumentis emptionum recentium num. 354.
Pretij appellatio etiam expenſas complectitur nu. 354.
Clauſula ſaluo iure tertij num. 355.
Reſtitutio in integrum fit reſtitutis expenſis num. 355.
Laudimium, de re redimibili num. 354. 355.
Modus in dubio non conditio num. 356.
Conditione pendente dominium ſtatim ſuſpenſum nu. 356.
Dominium nō transfertur in pacto redimendi n. 356. 357.
Fideicommiſſo grauatus debet benè verſari num 358.

Quamuis

QVamnis iuſto pretio diſtracta eſſent, quia Iudex ſecutus emptiones de recenti factas, bona eodē pretio vendidiſſet: nam in hoc excuſaretur Iudex, parte nō opponente, ex notatis à Caſſadoro deciſ. 25. ad reg. Cancel. 354

Addatur tamē ſolutis expenſis, & reſtituto Laudimio, ita declarari debet ex Statuto Mediolani cap. 163. vol. primo, & ex communi, Suarez communium opinionum nu. 232. ratio eſt; quia facultate conceſſa à lege vti debemus ſine præiuditio tertij; hac enim de cauſa hæc clauſula adijcitur Reſcriptis l. debitori ff. de 355
ædil.ed.l.Sancimus §.oīa damna Cod. de Iud: hinc Hoſtienſis ait minorem teneri ad expēſas cum reſtituitur, non ignoro Amedæum quæſt. Laudimial. 37. 38. 39. reuocare in dubium, an hoc caſu Laudimium ſoluendū ſit, cum certū ſit bona poſſe redimi, durāte .n. anno ad redimēdum venditio non videtur perfecta, ex quo reſolui poteſt, allegat l.nec Auus Cod. de emancip. verſiculo neq; in cuiuſquā iniuriā beneficia tribuere debemus niſi modica ſit expenſa.

Alienatio enim in caſu huius conſtitutionis 356
fit ſub modo reſolutiuo (in dubio .n. cenſetur fieri ſub modo non ſub conditione l. 1. Cod. de tranſact. Bart. nu. 2.) videlicet modo intra annum bona non redimantur.

Reſeruatio autem iuris redimendi ſiuè con- 357
uentionalis, ſiuè legalis impedit abſolutam dominij translationem l. ſi creditor §. fin. ff.

de

de diſtract.pign. ac propterea multi conſueuere precario conducere bona, durante termino ad redimendum ad euitandum circuitus, & expenſas reſtitutionis. Quod ſi lapſo termino non redimunt, coguntur actione ex locato tenutam relaxare.

358 Interim debitor debet verſari in bonis venditis vti cuſtos, benè colere, benè arare, cũq; ſciat ſe teneri reſtituere niſi redimat, in hoc philoſophari, deq; euentu opinari ex ſuis facultatibus: Iaſ.l.91. Si ſeruum Stichum nu.7.ff. de verb. oblig. ad exemplũ hęredis fideicõmiſſo grauati. Peregrinus de fideicom. art. 10. nu. 28. euẽtus enim declarabit an ei licuerit arbores cedere l. qui res ſuas obligauit ff. de ſolut.

359 Non poſſet vero emptor qui debitori cõceſſiſſet, vt colat bona, opponere quod de fructibus non percepit tantum quantum ex vſu pecuniarum: quia viciſsim debitor non audiretur ſi emptor pluris ex fructibus percepiſſet quam ex pretio, ſiue eius vſu. arg. l. ſi pignore §. ſi creditor ff. de pigno.

Hæc vero conditio tacitè ineſt, licet venditionis inſtrumento non exprimatur, vel vbi exprimatur, non vitiat, nec impedit tranſlationem dominij cap. quemadmodũ de iureiur.

SVMMARIVM.

INTRA ANNVM, &c.

CAP. XXX.

Annus in contractibus a quo tempore incipiat num. 361.
Annus ad petendum reſtitutionem num. 362.
Præſcriptio Annalis ex mora modica num. 363.
Mora modica non nocet num. 363.
Annus non currit cum neſcitur hæres num. 364. 66.
Annus non currit ex culpa nuntij non citantis nu. 368.
Nuntius publicus ſi ſit negligens non nocet num. 365.
Annus non currit niſi legitimato iuditio num. 367.
Nec vocatis ex fideicommiſſo num. 367.
Nec durante compromiſſo num. 369.
Nec pendente ratificatione num. 372.
Monetã ex edicto mutandam non cogitur creditor accipere num. 373. 374.
Pactum redimendi tollitur triginta annis 374.

QVæro à quo tempore incipiat annus, ſi quidẽ gloſſa §. 1. inſtit. de empt. & vend. 361
in nguratione caſus citat textum illum ad probandum agnato luenti ex ſtatuto ſtatim quæſitum eſſe ius perfecta venditione: atqui conſenſu perficitur vẽditio: ſtatim ergo atq; conuentum eſt de re, & de pretio emptor poteſt agere; verum in contractibus incipit à die perfecti

contra.

cōtractus: ſed nō dicitur plene perfectus quoad omnia ante traditionē l. ab emptione de pact. inter emptorem, & venditorē, & quando liceat ab emptione diſced. in materia Reſciſoriæ:
362 imo ſi quid deſit, veluti conditio, nondum cō-
tractus dicitur perfectus, Bart. l. ſi cui legetur ff. de legatis primo; cum igitur conſtitutio velit annum currere ſub conditione, nempe poſtquam fuerit ſatisfactum creditori, vt colligitur ex verſiculo poſtquam ſatisfactionē, ſupra cap. 18. & velit prius ſatisfieri creditori antequam audiatur, & ante ſatisfactionē debitor nō poſsit agere, & impedito agere nō currat tempus, ſequitur annū nō incipere niſi à die quo creditori fuerit ſatisfactum, facit l. prima Cod. de Annali excep. gloſſa § Rurſus in v. annū, Inſtic. de actio: tria ſunt inquit neceſſaria, vt annus olim datus ad petēdū reſtitutionē in integrū currat,
362 q actor habeat facultatem agendi: quod non
impediatur per ſe, nec per reum, nec per Iudicē, & generaliter quādo præſcriptio currat, vel iam cæpta perficiat curſum, vel non incipiat, vel impeditus reſtituatur, Iaſon ibid. nu. 24. 25. & quod annus incipit à die ſcientiæ, c. licet de ſupp. neglig. & 54. diſt. ſi ſeruus ſciēte, & quod impedito facto hominis vel legis non currit tēpus l. 1. Cod. de annali exceptione, & quod annus nō currat niſi perfectis omnibus, quia verba intelliguntur cum effectu l. penult. §. docere ff. ne quis eum c. relatū de Clericis non reſidē-
tibus,

tibus, & quid ſi ſtet per debitorem ne perficiatur contractus Bald. l. ſi cum ipſe ff. de excuſationibus Tut. & creditor proteſtetur.

Quęro an lapſo anno poſsit mora purgari? 363
Reſpondeo non, quia eſt terminus legalis, & præſcriptio adinuenta publici iuris tuēdi cauſa, ob bonum publicum, vt lites finiant, & dominia rerum nō ſint incerta DD. l. 1. ff. de vſucap. Mora tamen diei non obeſſet, quia modica eſt Hoſtien. in ſumma de elec. n. 20. ſi. v. quo tempore l. ſi qua pæna ff. de verb ſignif. cap. Mora de reg. iur. DD. l. qui inſulam ff. de verb. oblig.

Annus non currit facto depoſito pretij, & 364
expenſarum: nam depoſitum factum in iudicio habet vim ſolutionis l. interdum §. Stichum ff. de verb. oblig. cap. Paſtoralis, de officio ord. l. fin. C. de vſur. pupil.

Annus, vt currat cum hæreditas iacet, vel vt agitetur iudicium, cum hæres eſt incertus, & vt agitetur per edictū, ſiuè citatis duobus ad quos ſpectat proxima cauſa ſucceſsionis, Cancellaria dat formulam.

Annus an currat ſi detur citatoria nuntio, cū 365
mercede tamen, & ſtet per ipſum nuntium, interimq; labatur annus, dubium facit: quia eſt terminus iuris requirens diligentiam, & ideo currit, Rurſus videtur in dubio fauendum debitori, & pro eo pronuntiandum, quia ius ſuū non deſeruit, & per eum non ſtetit: ſimilis quęſtio de appellante adeſt apud Caſſadorū deciſ. tit. de appellationibus.

K An-

Annus currit minori quia ſtatutaria præſcriptio omnibus currit, licet minor reſtituatur Authentica de hæred.& falcid. §.à pupillis.

366 Annus non currit ſi ex inſtrumentis denuo repertis reſtitueretur quis in integrũ ad probãdum indebitum arg.l. in bonorũ ff.de bon.poſſ. gloſa. & DD.l.1.2 ff.de cond. indeb. niſi debitor fruſtrandi cauſa tempus extraheret; ita ait Myſingerius in Obſeruat. & de hoc eſt additio ad Bart.l.2.cod.de vſur. rei iudic.

Annus nondum cæptus, non currit hæreditate iacẽte, Iaſon,l.ſi is qui pro emptore n. 29. qui loquitur de tempore ad contradicendum cridis: quia pręſcriptio iſta annalis requirit negligentiam non petentis: hæreditas autem iacens non poteſt dici eſſe in mora l.qui ad diem de verb. oblig. hæreditas tamen ipſa iacens præſcribit l.iuſta §. nondum ff. de vſucap.

367 Annus autem cæptus currit ex ratione Bart. l.ait Pętor §.hi planè ff.ex quib⁹ cauſis maior.

Annus non currit niſi facta intimatione Mandati ab eo, qui vti procurator denuntiauit venditionem, ſiue datum inſolutum, & niſi facta intimatione dationis arg. cap. cauſamq; de elect.gloſſa l.1.v.impetrauerant C. de his qui veniã vbi requiritur intimatio diſpenſationis: Quando autem terminus currat ignoranti tex. l. genero ff.de ijs qui notantur infamia.Specul. de inſtrumenti æditione §. Nunc vero aliqua verſic. item quid ſi executor.

Annus

Annus non currit vocatis ex fideicomiſ. Peregrinus de fideicom. Art. 52. vbi generaliter quando ſententia noceat non vocato vel ignoranti, vel etiam ſcienti litem agi: & communis eſt quod curſat ſolum à die ſcientiæ, Tiraquellus de Retrac. lign. §. 35. gloſa 4. num. 14. nec excuſaret ignorantia affectata num. 28 29. affectata autem an ſit ex coniecturis cognoſcitur: coniecturam faciunt, vicinitas, fama puplica l. qui contra Cod. de inceſtis nup. cap. ij. de renunt. lib. 6. Maſcardus de probationibus concluſ. 1293.

Annus augetur intercalari die l. in tempore ff. de diuerſis, & temporalibus. 368

Minor annis 18. & Sexagenarius non poſsūt 417
capi quamuis enim Sexagenarium ſuperueniat tamē Sexagenarius debet relaxari, quia lex de Sexagenario ſemper loquitur cap. litteras de ſupplen. neglig. Prælatorum l. bonorum ff. rem ratam, quamuis multa iura ſuadeant initium ſpectandum eſſe l. 1. §. impuberes. v. quia ab initio non conſtitit. ff. commodati l. Cæſar ff. de Pub. quæ eſt lex celebris.

Digitized by Google

418 Ex cauſa banni de fideiuſſore non exonerato datur captura, & ex alijs de quibus tit. de prohibit. & de conceſsis execut. in nou. conſtit. & in ſtatut. cap. 35. vol. 1. de ſcripruris iterum exhibendis, & ex ſtatut. cap. 227. vol. 1. de auferen. rem robatam, & ex ſtat. cap. 245. vol. 1. contra non relaxantem pignora.

419 Mulieres honeſtę capi nō poſſunt nec illi qui ſunt in Magiſtratu. Maſtrillus de Magiſtratu lib. 5. cap. 3. nec alij de quibus Surdus de alim. quæſt. 38. niſi ex cauſa adminiſtrationis tutelę excepta matre, vt ait Bart. de carcere ex omni debito ſuſpectus capitur licet ſit minor Cacialupus de deb. ſuſpect. Q. v. n. 8. Ex cauſa litterarum cambij, ex cauſa pretij rei vēditę, ex cauſa mercedis, ex cauſa oblationis factæ in cauſis cridarum, ſocietatis animalium: onerum; condemnationis factę à Iudice ſtratarū, vel aquarum, vel Aſſeſſoris, de militibus, de legum vel medicinæ doct. de eorum filijs Bart. Cod. de dignit. Brunus de ceſs. Q. 27. Q. 3. Q. 10. Q. 11.

SVMMARIVM.

EXCEPTIS TAMEN, &c.

CAP. III.

Debitor etiam in exceptis diſpenſatur ad cedendum numero 420. cap. 111.

In

IN prouincia Mediolanenſi Senat. Excellentiſs. in his caſibus exceptis cenſuit quandoq; poſt diuturnos carceres, velut quinquennales debitores pecuniæ ex cauſa etiam delicti velut ex vulneribus illatis admittendos eſſe ad cedendum bonis citato creditore, dataque ipſi optione an potius eligeret debitorem dimitti ſub cautione ſoluendi ſi ad pinguiorem ſtatum peruenerit, an potius vellet eum luere corpore. Rebuffus gloſa prima num. 56. in repetitione l. 1. Cod. de ſent. ait debitorem excuſandum ex magna inopia Cæpola Caut. 3. de caut. relaxandi carceratum ait debitorē admitti ad luendum corpore.

SVMMARIVM.

EX PACTO VEL ALITER &c.

CAP. IIII.

*

VErbum aliter refertur ad ſententiam, ſtatutum, Iudicis officium, obligationem ex maleficio, vel quaſi.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

POSSIT DEBITOR &c.

CAP. V.

Emere cogitur creditor num. 421.
Emphyteuſis Eccleſiæ non datur mulieri num. 421.
Appellare ante tempus num. 422.
Confeſſoria competit antequam aduerſarius fecerit num. 422.
Coactus ſoluis qui ſcit ſe poſſe cogi num. 422.
Licet contrarium aliqui, vt l. 3. ff. de leg. 1.
Ceſſio bonorum ante condemnationem num. 422.

421 Licet ex regula nemo cogatur emere l. nec emere Cod. de contrah. empt. l. Iulianus §. celſus ff. de actio. empt. Conſtit. autem meminit debitoris de debitrice non meminit: quia non fuit opus: cum Maſculum concipiat Fæmininum l. ſi quis id quod ff. de officio eius: ſiuè quia mulier honeſta non includitur, eam ob cauſam Iaſon in §. cum dubitatur num. 92. C. de iure Emphyteutico ait mulieres non eſſe capaces emphyteuſis Eccleſię.

422 Quæro an debitori expectandum ſit vt carceretur ad hoc vt beneficio huius conſtitutionis vti poſsit, an liceat præuenire, appellanti enim ante tempus obſtat dilatoria l. ſi Sthicus ff. de

ff. de verb.oblig.gloſa §.primo inſtit.de oblig. verb.ſecundum l.ſi ita ſcriptum ff.de legatis ſecundo, contrarium ex lege ſi prius ff.de nou.op. nunt. vbi ille, qui eſt in poſſeſsione ſeruitutis poteſt agere confeſſoria aduerſus vicinum præparantem ſe ad ędificandum facit l. cum te proponas Cod. de pact. vbi ille qui ſcit ſe poſſe cogi ad ſoluendum, ſi præueniat dicitur coactus ſoluiſſe Brunus de Ceſsione quæſt. 7. quartæ quæſt. principal. credit quod debitor poſsit pręuenire quia dilatio in dubio conceditur eius debitoris gratia DD.§.omnis ſtipulatio inſtit. de verb.oblig.non poteſt tamen debitor pręuenire vtendo beneficio ceſsionis bonorum, quia interim poſſet fortaſſe effici ſoluendo, & ſoluere aliter quam cedendo Iaſon l.ſi ſuper poſſeſsione Cod. de tranſact. Quæſt. An quis poſsit implorare officium Iudicis ne offendatur: & an perdat beneficium, huius conſtit. quia culpa incidit in ægeſtatem incendio, furtis: ex regula damnum quod quis ſua culpa.de reg.iur.in ſexto, facit quod not.Bart. l.etiam §.licet ff. ſolut. Matrimon. gloſſa cap. Sacrorum Canonum 11. Quæſt. 11. cætera ex his locis ſumantur.

SVMMARIVM.

DARE DE BONIS &c.

CAP. VI.

Debitor tenetur indicare bona n.422.428.
Oblatio ſola non acquirit ius nu.422.
Dare obligatus in genere tenetur ad Publicianam n. 422.
Dare de bonis tenetur debitor ſeruato ſtatuto nu.423.
Cridæ liberant bona, & alleganti contrarium probationis onus incumbit nu.424.
Debitor quando tenetur ad notulam bonorum n.425.
Notula bonorum quomodo danda nu.425.
Excuſſio fit cum iuramento n.426.427.
Notula bonorum cur detur n.428.
Creditor quãdo, & quomodo poſſit eligere meliora n.429.
Auth. hoc ius porrectum declarata n.429.
Teſtamentum probans, probat quoad omnia n.430.
Alienatio iudicialis ob modicum debitum de re magna n. 430.431.
Dotalia bona debitor non tenetur offerre n.432.
Notula bonorum quænam bona continere debeat nu. 432. cum ſeqq.
Peculia filiorum non confiſcari n. 433.
Inſtrumenta artis non vendi n. 434.
Executio in ſubſidium de rebus prohibitis n. 436.
Feudum an ſit obnoxium creditori n.436.
Donata an ſint obnoxia creditori n.437.

Nec

Nec perfectè nondum acquiſita n.438.
Variatio quando licita n.439.
Debitor occultans partem bonorum nõ liberatur n.441.
Solutio diuerſimoda admittitur n.441.
Debitor in caſu huius conſtitutionis non debet interpellare procuratorem generalem nu. 44.

INdicando vbi nam ſint exẽplo eius qui nunciat opus nouum, nam tenetur demonſtrare in quo loco nunciat l. de pupil. §. qui nunciat, Oblatio autem dandi non ſufficit per ſe, nec facit vt offerens aquirat ius: aliud enim eſt ſoluere, aliud offerre l. accept. Cod. de vſur. itaq; neque clauſula conſtituti hoc caſu ſufficeret Tiraquelus de conſtitut. prima, parte num. decimo, debet ergo carceratus cum effectu dare vt poſsit ex carcere eximi: dediſſe autem intelligitur ſi obſeruauerit ſolemnitates ſtatuti Mediolani, cap.444. vol. primo, vbi verò non adeſſet tale ſtat. dubium oriretur an hoc caſu debitor teneatur probare ſe dominum, vel quaſi ideſt habere requiſita ad Publicianam: cum ſit obligatus dare non in ſpetie, ſed in genere ex rationibus de quibus l. ſi à ſubſtituto §. fin. ff. de leg. l. clauibus ff. de contrahenda empt. 423
Regulariter enim non dicitur dediſſe niſi ille, qui rem facit accipientis, idque irreuocabiliter l. ſi rem meam cũ gl. ff. de ſolut. l. Iulianus §. 1. ff. de verb. oblig. præſumit tamen ſtatutum Mediol. c.444. vol. 1. quod ad preſentẽ caſum,

Digitized by Google

ſatis fore ſi debitor caueat de euict. vel rem det cum beneficio cridarum Prouiſionalium, & perpetui ſilentij.

424 Quamuis ſint multi caſus quibus cridę non præiudicant, & propter incertos caſus, cautio quoque exigi poſſet l. 1. ff. de coll. bon. verbo tunc propter incertum cautio: lex tamen, ſiue ſtatutum non pręſumit bona aliqua eſſe obnoxia caſibus incertis, & contrarium alleganti incumberet onus probandi, vt enim vulgo dicitur caſum, & aduerſam ſortem expectare nō debemus l. interſtipulantem §. ſacram.

425 Quæro an debitor teneatur exhibere notulam, ſiuè repertorium bonorum? Reſpondeo teneri exhibere, idq; cum iuramento ſingula deſsignando quia incertitudo vitiat. Rebuffus de cauſa poſſeſsionis cap. cùm Eccleſia nu. 18. demptis tamen vilibus v. gratia pretij minimi, ſolidorum viginti, nam ita ſtylus ſeruat: ſiquidem ipſis damnatis ad mortem vilia relinquuntur l. Diuus ff. de bon. damnat. Iu-
426 rare tamen non tenetur niſi creditore petente §. licentia Cod. de iure delib. iſtud iuramentũ habet vim excuſsionis vt legitur apud Bart. l. pręſenti §. fin. Cod. de his qui ad Eccleſiam confugiunt: arbitrio vero Iudicis fit excusſio nempè vel manu militari auferendo, vel aliter cogendo, ad oſtendendum, ſiuè certè delatio
427 debitori iuramento, vt ait ibidem Bartolus, à periuro tamen exigitur probatio per teſtes.

Couar-

Couarruuias lib. 2. cap. 6. Natta conſi. 361. Gaſpar Beatius de debitor. inope cap. 16. l. etiam §. licet ſol. matr. Notula bonorũ datur 428
ad euitãdum opiniones Doctorum de quibus Iaſon §. neceſsitate ff. de re, iudicata: tum ne creditor obijciat potuiſſe celerius aliter ſatiſfieri quã vendendo immobilia prętextu quod debitor occultauerit mobilia, & alia in fraudem, nam quando occultat dignus eſt qui carceretur ad indicandum gloſ. in §. item ſi quis inſtit. de actio. v. eam rem petere, & in dicto §. Licentia: Notula quoque datur, vt iudex poſsit ſe inſtruere quã rem vtrique magis expediat alienari, non enim exiſtimo creditorem hoc 429
caſu poſſe meliora eligere iuxta Auth. Hoc ius coreptum, & l. creditoris arbitrio ff. de diſtrac. pign. ne multa ſpecialia concurrant (etſi poſsint vbi lex expreſſè cauet) nempe quod creditor meliora, eligat, deinde etiam quod illa habeat deducta tertia parte veri pretij, nam cum creditor vult eligere meliora ideſt vti beneficio iuris communis: tenetur bona accipere iuſto pretio: qui enim vult vti benefi- 430
cio alicuius legis debet eo vti eum ſuis qualitatibus ſicut in vlt. volunt. qui probat teſtamẽtum, probat quoad omnia Bart. conſ. 14. arbitror quoq; inſtitutum fuiſſe vt notula detur ad inſtruendum Iudicem ne patiatur ob modicũ aes diſtrahi prædia ampla (nam diceretur excedere modum exequendo, & poſſet appellari,

vt ait Bart.§.in vend. ff. de re iudicat nu.5.6.)
ſiuè palatium, ſi ſit res magis idonea l. officio
Iudicis ff fam.hercis DD. Auth. Reſq; ad Te-
bel.in materia legitimæ Bart.l.quamdiu C.de
diſtrac. pigno. an executor, ſiue creditor pro
modico debito posſit vẽdere magnum prędiũ:
431 quod posſit l.creditoris, Hoſtiẽſis ait deberi de-
cimam de melioribus 10 q.2. c.hoc ius porre-
ctum de elect. eſt additio prolixæ gloſſæ.

432 Dotalia bona non eſt neceſſe ædere licet de-
bitum ſit commune viri,& vxoris,niſi in quin-
què caſibus l. quinque ff.de bon. damnat licet
fieri poſsit ꝙ vir dotẽ lucretur: nã hunc caſum
expectare nõ debem⁹ l.inter ſtipulãtẽ §.Sacrã.

443 Nec peculia filiorum neceſſe eſt ædere: quia
neq; poſſunt confiſcari l.3.C.de bon.damnat.l.
3.§.ſed vtrum ff de minc.Bart.§.ſi de vectigal.
ff.de damn. infec.n.12.verſ.ſexto quęro an con-
demnato filio & bonis eius publicatis publice-
tur proprietas, quam habet in peculio aduen-
titio remanente patri vſufructu? Reſpondeo
non: quia filio eſt interdicta omnis adminiſtra
tio ſine conſenſu patris.

Nec inſtrumenta artis: nec.n.colonus aratrũ
& fundi iſtrumenta: neq; ea quę non veniunt in
generali obligatione bonorum l. obligatione
ff. de pign. actio.

435 Nec feuda, nec Iuriſdic. nec lib.legũ tenetur
debitor ędere Iaſon §. itẽ Seruiana n.104. 105.
Rebuff⁹ ad Syllanianũ n.20. facit ꝙ ait Bald.in
cap.

c.1.fin.qui feud.dare &c.& in c.1.§.in gener. v.
Quæro vtrum res, ſi de feudo, cum tamen in 436
ſubſidium pro executione rei iudicatę etiam prohibita capi poſsint l. ſpem C.quę res pign. oblig.& cap.2. de fideiuſſor, & licet in generali obligatione veniant etiam futura l.1.C.quę res pigno.non tamen ea quæ quis veriſimiliter non obligauiſſet, vt libros, vt inſtrumenta artis. Bart.in §.ſi de vectigal.ff. de damno inf. nu.5. Quod agendo actione perſonali contra Feudatarium capi poteſt Feudum ex primo, & ex 2. decreto, ita tamen vt ipſe debeat ſeruitia, at creditor percipiat commoda: eodē modo ſi ageretur contra dominum in ſubſidiū fieret miſsio ex 1. & 2.decreto, ita vt creditor à Vaſallo percipiat cōmoda quę alias dn̄s eſſet percepturus.
Nec tenetur debitor in Notula ędere donata fi- 437
lijs emancipatis: quia nō ſunt in bonis patris, licet ſint alienata poſt debita contracta: nec nego quin creditores poſsint agere Reuocatoria, ſiue ex edicto de ijs, quæ in fraudem credit. de iure communi: vel omiſſo circuitu reuocatorię ex ſtatuto Mediolani, cap. 264. vol. primo, vbi emancipatus degit cum patre, & viuit in communi.

Nec debitor tenetur ædere empta, donata, 438
legata, ante traditionem: cum antea nō ſint in eius bonis: nec ea in quibus habet incertū dominiū, nec decimam quia decima, nec pignori datur, nec libros. Rebuf. de Priuileg. Scholariū

imo

imo ſi ederet in expenſis condemnaretur perinde ac ſi rem minus idoneam obtuliſſet l. Sancimus Cod. de iud.

439 An facta electione pōt creditor impetrare à Iud. ꝙ variet: nam ſemel functus eſt officio cap. cauſam gloſſa 5.v. recipi, de elect. Reſpondeo ex cauſa v.g. ſi ſuper re electa adſit controuerſia Iaſon l.ſerui electione nu. 11.ff.de legat.primo, dixi de hoc ſuperius, facit Cald. conſ. 6. Bart. l. abſenti ff. de donat. qui loquitur de elect. officialis, an ei acquiratur iuriſdictio ante pręſentationem diplomatis, de conſuet. Curtius Sect.4.num.7. poſt Abb. l.Boue §.hoc ſermone ff. de verb.ſignif. l.Paulus ff.de re iudicata, ſed liberatio à perſona contingit ſolutione l. obligatione Cod. de ſolut. ergo etiam à re facit lex qui mutuam ff. mandati.

440 An debitor ocultans partem liberetur? communis eſt non liberari Suarez v.ceſsio nu. 42. Brunus de Ceſsione quæſt. quinta principali imo occultans poſſet torqueri ad iudicandum.

441 An debitor poſſet ſoluere partim in bonis, partim in pecunia? iure Digeſtorum non poterat: ſecus iure Authenticæ. Hoc niſi Cod. de ſolut. Nam ius Digeſtorum ſolutionem biformem velut monſtrum improbat Iaſon. l.2.§.& harum ff. de verb. oblig. num.21.

442 Quidam dedit inſolutum duos fundos ita ut alter eſſet velut alterius acceſsio, alter euincitur

an

an debitor liberetur ? Reſpondeo non quia vnicus eſt actus dandi arg. l. re coniuncti ff. de leg. 3. & creditor nō erat accepturus niſi vterq; fundus eius fieret l. ſi quis rem aliam pro alia ff. de ſolut. l. cum eiuſdem generis ff. de ædilitio ædic. ergo aget primæua actione contra debitorem cōtrarium dicitur l. ſi rem ff. de ſolut. quod imo aget de euict. rationem Bartolus ibidem reddit.

Quæro an carceratus animo nouandi poſsit 443
alium debitorem aſsignare, & ſe eximere ? Reſpondeo inuitum creditorem non cogi mutare perſonam l. ſi mandato §. primo. ff. mandati.
Iaſon l. 2. ff. ſoluto matrim. & §. qui Romæ, & 444
l. 1. ff. ad Trebell. ab carcerato autem interpellari debet principalis, vel procurator habens ſpeciale mādatum nec generale ſufficit ex not. à Bart. conſ. 84.

SVMMARIVM.

DEDVCTA TERTIA PARTE VERI Pretij, & veræ æſtimationis &c.

CAP. VII.

Iuramentum in litem duplex eſt num. 444.
Pretium iuſtum fit ex reditibus 445.
Debitor tenetur ſupplere ad tertiam num. 446.
Datio inſol. quando vitietur ex Afflicto num. 447.

Tertia

Tertiæ deductio in dubio cenſetur donata num. 448. & vt impediatur num. 449. & an ſit pæna 450. & an ſit intereſſe num. 451.

Communis nempè, nulla videlicet habita ratione ſingularis intereſſe v. g. quod agatur de re maiorum, vel de re alumni, vel præceptoris, vel magna amicitia coniuncti, cum tamen quandoq; affectionis ratio habeatur; nam ob id quandoq; datur iuramentum in litem non de veritate, ſed de affectione l. ſi quādo Cod. vnde vi in additione ad Bart. Verum pretium poſſet Iudex taxare ex inſtrumentis emptionū de rebus cōtiguis Seraphinus 1133. vel excuſſo pretio ſecundum reditum fundi, vt ait textus l. ſi fundum per fideicomiſ. ff. de legat. primo, & ex reditibus annorū viginti Didacus lib. 3. variar. reſol. dixi in meo tractatu de pretio, & de æſtimatione.

Verbū æſtimationis additū ex abundāti vt l. fin. C. de iure emphy. v. pretij vel æſtimationis.

446 Quæro an conſtitutioni ſatisfactum ſit ſi ob inopiam debitor non poſsit ſupplere id quod deeſt ad tertiæ deductionem? Reſpondeo non eſſe ſatisfactum: quia conſtitutio permittit loco pecuniæ vt dentur bona inſolutum ſub conditione ideſt ita vt tertia pars deducatur: conditio autem debet impleri ad vnguem l. Fiſtulas §. qui fundum ff. de contrahenda empt. Decius conſ. 532. n. 4. nec inopia excuſat à ſolutione

ne debiti DD.l.cōtinuus maximè ſi culpa præcedit inopiam Abb.cap. olim: de reſtit. ſpol.

Si quis autem cum deberet ſex dederit inſolutum bona duodecim, credens debere duodecim errore facti, vitiaretur datio inſolutum: quia decretum Iudicis eſt indiuiduum: ſecus ſi erratum eſſet in æſtimatione Afflictus deciſ. 218. & deciſ. 173. num.8. 447

At creditor qui iuſto pretio bona inſolutum accepiſſet, non poſſet poſtea pro reſiduo agere, & petere ſuppleri: in dubio .n. pietatis cauſa, & miſertus inopiam debitoris feciſſe præſumeretur l. cum is v. ſublata ff. de condit. indeb. 448

Eſt tamen in facultate debitoris contrahere debita, & excludere creditorem ab hoc beneficio tertiæ, ſi quidem concurſu partes de bonis auferunt cæteri creditores, vt dixi ſuperius, licet enim prohibeatur alienatio quandoq; non tamen omnis contractus: & licet filius familias non habeat peculij adminiſtrationem, obligat tamen patrem ex contractu l. Macedoniani Cod. ad Macedonianum. 449

Vtile eſt inueſtigare an hæc tertia debeatur vti lucrum, & ex cauſa lucratiua, & vt pœna, an vt intereſſe, vel damnum: Nam ſi vt pœna poteſt remitti ſicut mulcta, & commutari in corporalem: ſecus ſi vt damnum. Deinde ſi emptor habet hanc tertiam ex cauſa lucratiua, vt inuitetur ad pecuniam creditori expediendam, vitia perſonalia 450

ſe-

Digitized by Google

ſequentur emptorem rei, de quibus in lege Vi-
tia Cod. de acquir. poſſeſſ. Itaq; non poterit
præſcribere poſſet quoq; emptor nolle hãc ter-
tiam acquirere in fraudem ſuorũ creditorum;
ſicut poteſt repudiare legatum, & hęritatem;
Rurſus quæri poteſt an hęc deductio fiat officio
Iudicis an actionis iure: nam ſi iure actionis
poteſt ſemper peti ſupplementum, ſecus ſi offi-
cio Iudicis l. qui Seruum ff. de actio: & oblig.
l. ſi pro fure ff. de condict. furt. l. 4. Cod. depoſ.
vbi iudex, qui pronuntiauit ſuper reſtitutione
depoſiti ſi omiſit condemnationem intereſsiũ
non poteſt amplius de eis cognoſcere, & Bart. l.
qui Seruum §. ſi tibi cõmodauero ff. de actio.
num. 1. ſoluto ſimplo in Aquilia non poteſt agi
ad pęnam, quia illud plus ex repetitione die-
rum triginta venit officio Iud. quod eſt acceſ-
ſorium: ſublato vero principali tollitur acceſ-
ſorium.

451 Rurſus quæritur an iſta tertia ex parte ſaltẽ
actoris ſit rei perſecutoria, & ideo tranſeat e-
tiam ad hæredes lite non conteſtata juxta di-
ſtinct. §. Pænales inſtitut. eod. vbi Iaſ. nu. 93.
& vbi Iaſon refert Bald. num. 32. dicere quod
omnis obligatio legalis eſt ex titulo lucratiuo.

An duę tertię debeant detrahi de bonis ven-
ditis obnoxijs oneri velut fideicommiſſo, vel
alij? Reſpondeo quod duæ cauſæ lucratiuæ nõ
debent concurrere Ancharan. cap. primo, de
conceſ. præben. Bart. l. Sanctio legum ff. de pen.
potius

potius igitur duplici iure in iſtis caſibus tertia detrahitur arg. leg.2. ff. de manumiſ. Teſtam. v. ſed dupliciter vbi ſeruus duplici iure libertatem conſequitur.

SVMMARIVM.

EAQ; BONA INTRA Duos Annos &c.

CAP. VIII.

Anni duo ad redimendum, & quando vnus detur numero 451.

Reſtitutio in integrum an detur cum læſus habebat biduũ numero 451.

Annus ad redimendum quando incipiat num. 452.

Licet momentum ſupereſſet: idq; etiam ſubducto intercalari die, vbi incideret l.3.§. minorem ff. de minoribus habet igitur debitor duos annos ex hac poſteriore parte Conſtitutionis, at ex priore annum vnum ad redimendum: fauet enim Princeps priore parte, creditoris humanitati ſponte bona lcoco pecuniæ petentis; nec adeo ſeuientis, facit lex ſi debitores Cod. de pactis quo loci DD. dicunt non præſumi diuiſum creditum cum ſponte creditor ab vno exigit, alias ſecus.

Reuerſo abſenti ex cauſa Reipub. aduerſus

lapſum

lapſum iſtorum annorum daretur reſtitutio, niſi cum ſupereſſet biduum neglexiſſet, in quo tamen Bart. eſt varius l. nec vllam ff. ex quibus cauſis.

452 An in numero duorum annorum computetur dies ſolutionis: ſicut in numero dierum decem ad appellandum computatur dies in quo ſententia profertur cap. 1. de reſtit. Spol. v. proponitur, in ſexto.

SVMMARIVM.

EODEM PRETIO, &c.

CAP. VIIII.

Expenſæ debentur creditori num. 453.
Cedi poteſt ius redimendi n. 453. Itẽ ius nuntiandi n. 453.
Redimere licet partem num. 454.
Redimendi ius an ſit perſonale num. 455.

SOlutis tamen expenſis l. ſubſignatum §. bona ff. de verb. ſignif. iure cuiuſdam annexi,
455 & acceſsionis arg. not. in l. mandatas ff. de iuriſd. omnium Iud. Auth. ei qui iurat Cod. de bon. authorit. Iud. & Neguſ. de pignorib. tertio membro partis quintæ num. 6. 7.

Notandum ius iſtud redimendi poſſe cedi, ſicut ius expellendi inuaſorem l. cum fundum v. poſtea ff. de vi, & vi: ſicut pacta executiua: ſicut

etiam taxandi expenſas Bart. conſ. 95. Agnatus tamen non poteſt cedere facultatem redimendi rem paternam, ex ſtatuto Bald. Ang. l. ad officium C. communi diuidun.

Debitor poteſt ex duobus prędijs alienatis alterum redimere Iaſon l. 72. n. 22. ff. de v. oblig.

Creditor autem qui poſtea contraxiſſet non 455
poſſet redimere, quia iſtud eſt beneficium perſonale, non reale, nec enim egreditur perſonā debitoris, aut hęredum l. quia tale: ſol. matri. l. 1. §. permittitur ff. de aqua quotidiana Reg. Priuileg. perſonale de reg. Iuris in ſexto.

SVMMARIVM.

CAP. X.

Carceri perpetuo debitor non poteſt ſe obligare nu. 455.

Cap. Odoardus non poteſt renuntiari nu. 456.

Debitor licet iurat ſoluere in pecunia poteſt tamen dare de bonis num. 457.

Iuramentum habet clauſulam tacitam rebus ſtantibus num. 457.

Commiſſoriæ legi non poteſt renuntiari n. 457.

Periurus poteſt agere num. 458.

HVic Sanctioni per pactum quibuſcunque clauſulis vallatum renuntiari non poteſt &c.

Quia eſſet obligare ſe ad carceres perpetuos

quandoq; futuros; id quod lex fieri non vult
vt lib.4. regul. iuris Pontificij regula 342.
Incipit Pactum, & DD.l.1.C.qui bon. ced. ne-
456 mo enim eſt dominus membrorum ſuorũ nec
paciſci poteſt vt pro debito efficiatur ſeruus
carceris, & de Iure ciuili hoc pactum non effi-
citur iuramento efficax Bart.l. alia §. 1.ſol. ma
trimon qui tamẽ contrarium poſt n.13.innuit,
& propterea in hac opinionum diſcordia rectè
hac conſtitutione fuit ſancitum huic ſanctioni
non poſſe renuntiari. Qua de cauſa auctor re-
cens Marcus Ant.Genuẽſis in praxi Archiepiſ.
Neapol.ait Clericum non poſſe renuntiare be-
neficio cap Odoardus, & Franciſcus Ripa l.
2.§.mutui datio licet quis renuntiet cum iu-
ramento Authenticę hoc niſi debitor volens
omnino teneri ſoluere in pecunia numerata,
457 quod tamen potuit dare de bonis inſolutum, ſi
allegetex caſu inopinato non poſſe ſeruare iu-
ramentum: quia iuramentum habet clauſulã
ſubintellectam rebus ſic ſtantibus. Deinde hęc
conſtitutio lata eſt a Principe ob publicam vti
litatem in odium creditorum qui ſeueritate
vtuntur, & ob id conſtit. cauet ne quiſquam
poſsit beneficio eius renuntiare.
458 Abbas in c. intelleximus de Iud. nu.14. ait
quod periurium non repugnat directè faculta-
ti agendi ideoq; ibidẽ diſputat an periurus ſit
audiendus. cęterum de renuntiationibus cum
iuramẽto ꝙ valeãt eſt additio ad Bart. conſ.6.

SVM-

SVMMARIVM.

INSTRVMENTA ROGANTES &c.

CAP. XI.

Renuntiatio generalis non præiudicat nu.459.
Clauſula omni meliori modo nu. 459.
Clauſulæ de forma nihil probant n 460.
Notarius vti priuatus non tenetur falſi n.462.
Iuramentum quando aduerſarius teneatur relaxre ex Leſia num. 462.
Conſtitutioni de bonis inſolutum non gaudent mercatores num. 463.
Mercatores Theuphtonici habent priuilegium aduerſus debitores contra formam conſtitutionis n.463.

IAſon l.quod in rerum natura §.ſi nauē ff.de leg.1. DD. poſt gloſſam l.1. ff. ſi quis in ius voc.quod ſi legeretur in inſtrumēto debitorem uelle teneri ad ſolutionem in pecunia numerata, nec poſſe dare de bonis renuntiando omni legum auxilio nihilominus Notarius non poſſet dicifeciſſe contra iſtam cōſtitutionem. hæc enim clauſula eſt de ſtylo ſicut etiā clauſula omni meliori modo, & clauſulæ, quæ ſunt de forma nihil probant c.quā grauis de crimine falſi Rota deciſ.P.de reſcip.Bart.l.1.q.6.ff.de iur.codicil.quia renūtiatio vt obſit debet eſſe expreſ- 459

ſa, & fieri nominatim, ex communi Alex l. ſed etſi quis §. quæſitum ff. ſi quis caut. n. 12. Iaſ. n. 14. & l. ſciendum ff. de v. oblig. iuri. n. quod quis ignorat renuntiare nō dicitur l. pater decens ff. de inoff. donat. Bald. contrarium quod ſufficiat clauſula generalis, non obſtante l. humanum C. leg. ſed loquitur in reſcript.

Notarius quoque excuſaretur ſi confeciſſet chirographum, & ſcripturam vt quilibet, non
462 vti notarius ideſt non ſeruata forma iſtrumentorum Rota deciſ. 113. vel non certioraſſet de beneficio Cæpol. caut. 195. Læſia Ieſuita de iuſtia, & iure lib. 2. c. 42. dub. 12. ait quod Princepes in hoc caſu poſſet cogere creditorem ad relaxandum iuramentum, Azorius lib. 10. c. 8. de iuramenti interpretatione.

463 Princeps Mediolani cōſueuit derogare huic conſtitutioni in gratiam mercatorum Theutonicorum qui Mediolani ſedes collocant, & negotiantur: apud me eſt exemplum Priuilegij quod conceſsit Maximilianus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani, & quia confirmatum eſt, hoc anno vſus eſt eo quidā Theutonicus corā Executoribus Cameræ. Brunus de Ceſsione
464 quæſt. 34. 4. queſt. quod debitor ex iuramento non poſsit dare inſolutū, neq; de melioribus.

SVM.

SVMMARIVM.

AB OFFICIO SVSPENDANTVR &c. Et maiori arbitrio Senatus &c.

CAP. XII.

Notarius ſuſpenſus poteſt ædere rogitus nu.466.
Suſpenſio ab officio eſt pæna corporalis nu.467.
De varijs ſuſpẽſionib' gloſ.in Clemẽt.de pænis,c.cupiẽtes.
Inſtrumentum reprobum quando poſſit produci nu.468.
Notarium accuſans de falſo ad quid teneatur num.469.
& Tiro excuſatur n.471.
Fideiuſſor quando non obligetur nu.462.

ANte vero ſententiam Notarius poſſet rogare, poſtea verò ẽt priuari officio, nam priuatio eſt maior ſupẽſione Clar'.q.83. §. fin. & de augmento pœnę tractat Bart. in §. pœna grauior ff.de infam.

Suſpẽſio ex natura ſignificationis ipſius verbi fit ad tẽp' nec debet trahi ad præterita, neq; ipſa priuatio c.odia, de reg.iur.ſicut inhabilitas ab beneficia intelligitur quoad obtinenda de Elect.c.ſtatutũ lib.6.ideo Notarius hoc caſu poterit ędere rogationes per eum iam factas Rota deciſ.769. 466

Suſpendere ab officio eſt ꝗ aliter dicitur interdicere ad tẽp': interdictio aũt fit ab officio, à 467
foro, à dignitate, & eſt pęna corporalis nõ capi

talis, ſicut bannum, berlina, miſtra, fuſtigatio, tortura, carcer, excommunicatio Hoſtien. in ſumma tit. de pœnis contra Abbas rub. de accuſ. DD. l. tranſigere C. de tranſ. v. capitali.

468 Notandum quod producens tale inſtrumentum poſſet eo vti cũ proteſtatione quatenus facit pro ſe. Bart. l. Publia ff. depoſiti l. 1. fin. cum gloſ. ff. ed. Bald. conſ. in Chriſti Nomine Amẽ. quæſtio talis eſt ſi inſtrumentum.

469 Si quis accuſaret notarium hoc caſu, & peteret ſuſpendi à munere non teneretur ſe inſcribere ad pęnã, nec obligare ſe ſicut alias tenetur q agit corã Abbatibus Notariorũ ex ſtat. Med.

470 Nam hoc caſu ceſſat ratio ſtatuti nempè præſumpta calumnia in accuſante: nec. n. vllo caſu poſſent Abbates pronũtiare accuſatorẽ defeciſſe in accuſatione cũ ex inſtrumento notorie cõſtet de crimine, cõtrariũ tñ exiſtimo quia ratione arbitrij re cognita poſſet augeri pęna ex qualitate negotij, & perſonæ, dam niique parti læſæ extraordinaria pæna ſequi poſſet. Tyro fortaſſe eſt notarius, imperitus quoq; qui non intelligit quod ſcribit, & aduocato dictante ſcripſit Cępola caut. 231. nam ſi Notarius ſcribit Aquilianam ſtipulationem, idque falſo, quia non intelligit quid ſignificet non punitur de falſo additio ad Bart. l. ſi ex cautione Cod. de non numerata pecunia l. Bart. ſi tamẽ ſcriberet pro affine, v. g. pro matre quod alias poteſt Bart. conſ. 61. præſumere in dolũ l. & eleganter §. fin.

ff.

ff.de dolo itẽ ſi ſciens mutaſſet cauſam contra-
ctus,& pro mutuo ſcripſiſſet depoſitũ, vt infra
c.21.nã cũ quid vna via nõ licet id neq; alia li
cere debet,de reg.iur.nec fideiuſſor notario ſti
pulanti,& recipienti nomine creditoris hoc ca
ſu obligaretur, quia cũ ſit contractus contra le-
gẽ non tenet neq; acceſſorium: cum tñ conſtit.
noſtra faueat ipſi debitori tantum fortaſſe fide-
iuſſor, obligatur. Cæpola caut. 131. 472

SVMMARIVM.

CASVS VERO IN PRESENTI
Sanctione comprænhenſi hi ſunt &c.

CAP. XIII.

Moratoriæ quando non dentur nu. 473.
Vſurarius non liberatur cedendo num. 473.

IN quib⁹ neq; moratoriã dãdã ait Rebuf.to. 473
2.tit.de dil tion,n.18.& n.24.miror his ca-
ſibus non adnumerari vſurarios, cum iure cõi
non liberẽtur cedendo bonis gloſ. c.cum tu de
vſur.in v.in facult.Syluest.v.Reſtitut.ſed 1.q.6.
miror quoq; his caſibus non connumerari de-
bitores ex cauſa ficti cenſus pecuniæ numeratę,
licet.n.conſtit.iſta,in iſta clauſula exceptis,ſit
ſeuerior &,vt dicitur odioſa,in odioſis tñ ſit ex
tenſio de ſimilibus ad ſimilia c.dilecta de con-
ſir mat. vtili,& gloſ.l.1.C.cond.indeb. ſolutio

Digitized by Google

plo, nã ſtipulatio de damno infecto trahitur ét ad res quas ſtipulator poſt ſtipulationem induxit in domum. ob, ſiue propter denotat cauſam remotã Bart. l. liberorũ ff. de verb. ſignif. Nec ſubcõductor poſſet ex clauſula cõueniri à primo locatore niſi ceſſa actione, quia perſonalis obligatio requirit actũ ciuilẽ gloſa l. queſitum ff. de pigno. 476

SVMMARIVM.

CAVSA FICTI SIMPLICIS &c.

CAP. XV.

Fictum ſimplex, & cum adiuncto n.476.
Emphyteuta habet ius in re nu.477.
Conſtitutum ſimplex non transfert poſſeſſionem naturalẽ nu.477.
Precarius Colonus nu.477.478.479.
Conſtitutio Mediol. lib. 2. de prohib. Execut. declarata n. 480.
Simplex quid ſit nu. 480.
Prudentia militaris n.480.
Auxilium cooperatiuum nu. 481.
Capitula cum adiuncto nu.482.
Gratia ſimplex nu.482.
Prædo qui locauit nu.483.
Fictabilis legalis quis ſit n.484. 485.
Motus naturalis n.485.
Stat. Mediol. cap. 379. vol. 1. declarat. n.486. 488.
Familia fictabilis obligatur a conſtitutione n.487. 488.

Offi-

Officiales ſunt illi quorum ope vtitur Prætor num.488.
Locator an ſubiaceat conſtitutioni de carcere num. 490.
491 492.

LOco fructuum, & ex quo ficto nullum ius in re colono competit: ſed ſolus vſus, & (vt dicitur) Aſinina detentio propter laborẽ, & culturam l. loca Cod. de locat. præd. nam
477 emphyteuta habet ius in re ideſt vtile dominium: ſicut etiam ille, qui ea lege conduxit vt ei, & eius ſucceſſoribus locatio renouetur. Hi ergo non ſunt debitores ficti ſimplicis Iaſon l. manumiſsio ff. de iuſt. & iure, quamuis conſtituens ſimpliciter transferat ſolum Ciuilem, at cum præcario etiam naturalem Tiraquel. de iure Conſtit. p. prima num.4.5. non eſt colonus ſimplex quoad omnia ille qui præcario rogauit, & donec pretium ſoluat conduxit l. ea quę
478 ff. de prec. hoc enim caſu ſi res euincatur, non conuenitur locator ex conducto Cæpola Caut. 125. locator deinde ſimplex tenetur inſtruere fundum, ſecus præcarius l. cum venderem, &
479 ſeqq. l. ſicut §. interdum locator ff. loc. non poterunt igitur pręcarij coloni capi ex cauſa ficti, quia non ſunt coloni ſimplices, ſed cum adiuncto ideſt habentes ius in re, & hoc eſt quod innuit Conſtitutio Mediolani lib. 2. tit. de prohi. & conceſs. exec. §. hæc tamen conſtitutio quo
480 ad capturam nõ habet locum in ijs qui in perpetuum, vel ad tempus conducunt res prius per

eos

eos locatori venditas cũ pacto redimendi, ex regula enim nõ eſt ſimplex illud quod eſt tale cum adiuncto: & propterea promiſsio ſimplex de dando non conſtituit in mora, quia intelligitur cum petiero DD. l nuda Cod. de contrahen. ſtip. & ob hoc ẽt difert beneficiũ cum cura ab ſimplici l. patris, & filij ff. de vulg. & pupil. & ciuilis prudentia militaris Oeconomica non ſunt prudentia ſimplex, ſed cum adiuncto, referũtur enim ad aliud bonum quam ſui ipſius, cum prudentia ſimplex referatur ad ſui ipſius bonum ex ſecundo Top. Ariſtot.

Qui criminalia tractant, magnũ diſcrimẽ collocant inter auxiliũ ſimplex, & cooperatiuum: Marianus Socin. in tract. de teſt. num. 9. An publicatis atteſtationibus poſsint teſtes ſuper iiſdem capitulis produci, ſed tantum ſuper nouis diſputant an qualitas adiecta ſimplici capitulo inducat nouũ capitulũ ſicut nouũ libellũ l. ius ciuile ff. de iuſt. & iure ita datur fideicõmiſſum ſimplex, & cum prohibitione alienationis ita reſcriptum gratię quoq; ſimplex, & cum adiũcto cum ſimilibus. 481 482

Quæro de prædone qui ſuo nomine locauit, & exegit penſiones? Reſpondeo hũc eſſe caſum l. ſi Vrbana prędia ff. de cõdictione indebiti vbi DD. aiũt quod prędo tenetur cõdictione furtiua, & ideo alio iure quã huius cõſtitutionis nẽpe iure cõi, & alia actione quã locati teneretur. 483

Quæro de legali fictabili nam ſicut ex repetire

rire fratrem legalem, & naturalẽ, & librã legalem (de qua in materia inſinuationis de donatione, & eſt ſeptuaginta duorum ſolidorũ legaliũ nempè Ducatorũ 96. Venetorum) & aliam librã cõmunem ſicut eſt reperire poſſeſsionem legalẽ quæ ſit per conſtitutum, & naturalẽ, quę fit per apprehenſionẽ: ſicut eſt reperire ciuẽ le-
485 galẽ, & naturalẽ Bart. conſ. 62. ſicut eſt reperire poſthumum legalẽ. & naturalẽ l. ſi quis poſthumus, ſicut eſt reperire bigamum legalem, & naturalem Abbas cap. Iohannes de Cleric. coniugat, ſicut eſt reperire mortẽ legalẽ quę ciuilis dicitur etiam, & naturalem, ſic etiam eſt reperire fictabilem: naturalẽ fictabililem voco eum cui verè, & propriè hoc nomen competit, quia contraxit: legalẽ voco qui non contraxit, ſed quia eſt de familia coloni tenetur ex ſtatuto Me-
486 diolani perinde ac ſi contraxiſſet: nam iſti de familia fictabilis licet non contraxerint videntur tamen eſſe rei debendi ac uenire in regula de duobus reis Bart. Auth. hoc ita Cod. de duo: rei. nu. 19. vt ſiuę verè vel fictè debeant teneantur inſolidum ex ſtatuto cap. 379. vol. 1. Neguſ. de pign. 3. memb. partis 8. n. 11. ait ſtatutũ non trahi ad caſũ fictũ niſi id exprimatur, vt in textu l. 1. §. maneat Cod. de rei vx. act. vbi cauetur ſtipulationẽ verã, & legalẽ, ſiue fictã eſſe eiuſdẽ
487 roboris debere, at text. l. fin. Cod. de his qui veniã ætat. negat ſermonẽ de ætate legitima trahi ad ætatem à Principe legitimatã lex. profecto nos obligat ſæpè ratione ficti cõtractus perinde

atq;

Digitized by Google

atq; ſi verè contraxiſſemus l. videtur cõtraxiſſe ff de actio. & oblig. vbi ſi quis Romæ promiſit ſoluere Mediol. dicitur Mediolani cõtrahere.
Arbitror iſtos de familia poſſe dare de bonis inſolutũ, nec cõprehendi hoc caſu appellatione debitorum ex cauſa ficti: multo magis ſi non fuiſſent de familia tẽpore obligationis contractæ per colonũ arg. l. debitori v. & emancipatos ff. de fid. & arg. inuect. & illatorum, vrgent tñ in contrariũ nonnulla exempla, nam Paris de Putheo, de Syndicat. ait eos quorũ opera Prętor vtitur in capiendis facinoroſis loco officialiũ dici officiales, & eos offendẽtes teneri pęna de offendente officialẽ facit Clement. 1. de officio Vic. vbi in pęnalibus, & odioſis ſtatuitur idem in Vicarijs quod in rectoribus facit lex liberti §. Senat. Cõſult. ff. de ritu nupt. & Clement. 1. iuncta gloſ. v. mori vt lit. pend. & fin. de procu. diſpoſitum in morte naturali habet locum in ciuili. 48 489
Dubitaui diu an cõſtitutio de colono haberet locũ in locatore ex natura correllatiuorũ gloſſa l. per interuallũ ff de iud. c. 22. q. 5. vbi ſtatutũ in Vaſallo de fidelitate ſeruanda habet locũ in domino. Iaſon l. in eum nu. 9 ff. ſol. matrim. & in add. ad eundẽ §. itẽ Seruiana n. 63. l. D. ex Socino cõſ. 15. quamobrẽ ſi locator debeat eis pecuniã ob impẽſas, vel quas repetit ex cauſa ſecutę ſterilitatis arbitrarer eſſe locũ huic clauſulę: cõis. n. opinio eſt idem ius fieri in correllatiuis Viu. lib. 1. op. 284. Iaſ. tñ limitat vt ſec⁹ ſit cũ nõ ſubeſt eadẽ ratio l. trãſigere C de trãſact. gloſ. & 490
Abbas
Digitized by Google

vtilis eſt annexũ obligationi perſonali, & vnum ſine alio tranſire nõn poteſt, & hac de cauſa dicitur ſcriptum in rem quia datur cõtra poſſeſſorem in dubioq; appellatione ficti emphyteutici venit fictum libellarium ex conſuetudine ſermonis Pancirola conſ. 30. de inueſtitura pręcaria eiuſdem naturæ cum emphyteuſi Bart. §. ſi de vectigal. nu. 12. ff. de damn. infect.

De cenſu conſtitutio nõ loquitur, ſed ſi quis non ſoluat cadit iure communi extra de relig. dom. cap. conſtitutus facit lex vectigalia §. nõ ſolutis ff. de publ. & licet verſemur in odioſis, attamen cum agitur de reditu cenſuali conſiſtente in pecunia numerata arbitrarer cõſtitutioni huic eſſe locum ex identitate rationis vt dixi ſupra num.

SVMMARIVM.

PENSIONIS &c. DOMORVM.

CAP. XVII.

Aedictum ne quis vi eximat num. 495.
Penſio quid ſignificet num. 496. 497.
Proemium legis continet cauſam finalem num. 497.
Inquilinus in Ciuitate num. 497.
Penſionis vocabulo veniunt acceſſoria num. 498.
Colonus dicitur qui ſemel fuit num. 498.
Actio realis ad penſionem non gaudet beneficio conſtitutionis num. 499.

Ex

495 EX generalitate verbi penſionis hæc clauſula poſſet referri ad omnes redituarios cap. quæſitum. I. Q.3. v.g. feudatarius conuenitur ex pacto ad penſionem, ſiue, vt dicitur vulgo ad caualcatam.

496 Imo penſionis nomen, accomodatur non ſolum ad locationes: ſed ad omnes reditus loco intereſſe debitos conceſſos tam en à Canone, & de quo l. curabit ff. de act. empt. Abb. conſ. 5. & 66. vol. 1. DD. cap. in Ciuitate de vſur.

Rebuffus de differentia inter penſionem, & cenſum plura, quæ conferunt ad hunc locum. Tomo. 2. tit. de conſt. redit.

497 Conſtitutio autem debet intelligi de pẽſione ſoluenda in pecunia numerata, vt colligitur ex proemio cõſtitutionis ex quo ſumitur ratio finalis legis l. fin. ff. de hæred. inſt. Bart. l. ambitioſa. Quod ſi penſio eſſet ſoluenda in frumento, aut alia ſpecie ſuperfluum eſſet diſputare an poſsint dari bona inſolutum, cum ipſa bona ſint in obligatione, deinde niſi conſtitutio hoc loco loqueretur de penſione ſoluenda ob vſum domorum ſuperflua eſſet iſta clauſula: cum ſuperius dictũ ſit de penſione ſoluenda ob fructus ex cultura agrorum, quamuis vt dixi penſionis nomen accomodetur ad omnes reditus dicta à pendendo à quo etiam fit penſitatio l. 1. Cod. ſine cenſu l. ex libris Cod. de acquir. poſſeſſ. vbi gloſſa coloni inquir in villa, inquilini in Ciuitate.

An

An conſtitutio de penſione trahatur ad acceſ 498
ſoria? Reſpondeo exemplum de inuectis, & illatis ſuadere vt trahi debeat, nam inuecta tenentur non ſolum pro penſione, ſed etiam pro damnis, & acceſſorijs gloſſa §. item Seruiana v. quis inſtit. de actio. Iaſon l. item quia ff. de pactis, Colonus v.g. vltimo locationis anno fru ctꝰ immaturos collegit l. in fructu ff. de vſufruc. leg. ſuadet ita dicendũ, nã in ea l. in fructu, legatũ liberationis factũ colono trahitur ad acceſſoria, quamuis conſtutio cũ ſit odioſa ſtringi potius debet quã laxari c. ſtatutum de elect. 6.

499
Cũ autem conſtitutio habeat locum quando agitur actione merè perſonali aliter quis diceret ſi fortaſſe ageretur actione in rẽ ſcripta contra poſſeſsorem, qui non contra xit. An autẽ pro penſione, & cenſu detur quaſi poſſeſſoriũ, & quaſi petitoriũ Abbas c. bonę memorię fin. de elect. DD. l. ſi certis annis.

SVMMARIVM.

ET CREDITI QVOD VVLGO Maſſaritij &c.

CAP. XVIII.

Creditum maſſaritium quid ſit nu. 499. & vt preferatur alijs num. 502.

Digitized by Google

Creditum vocat maſſaritium mutuum datum colono, vel partiario in pecunia numerata ſoluendum nam ſi eſſet mutuum ſpeciei poſſet reddi eadem ſpeties in genere iuxta notata l. prima, ff. de rebus creditis, quod ſi ageretur de re æſtimata data colono teneretur colonus exempto, & ex clauſula de qua inferius verſi. ex cauſa pretij c.22.nu.519.

Siuè autem iſta pecunia data ſit colono idest ei qui pecunia conduxit: ſiue data ſit partiario qui maſſarius dicitur, & tenetur ex con-
500 tractu innominato §. præterea inſtit. loc. nihil refert quoad hanc clauſulam: nam conſtitutio generaliter loquitur nec diſtinguit inter colonum, & maſſarium: habuit enim rationem communis vſus loquendi l. labeo ff. de ſupellect. legata cap. ex litteris deſponſal. vulgo enim licet pecunia huiuſmodi detur colono qui numis colit nec ſit maſſarius, dicitur tamen
501 adiutorium maſſaritium, quod latinæ linguæ melioris authores vocant dotem prædiorum ſiuè fundi inſtrumentum, vulgo quoque ſupplectilem domus maſſaritiam vocamus, & mulieres maſſaras l. legatorum ff. de legatis ſecundo in queſt. de eo qui reliquit vxorem dominam, & maſſaram.

De tali adiutorio loquitur lex amiſsi ruina [illegible]moris ff. loc. verſi. fideiuſſores à colonis da[illegible] [illegible]iam dotis prædiorum con-

Nec

Nec refert à quo datum ſit tale adiutorium an à locatore an ab extraneo; qa cõſtitutionis beneficiũ eſt reale fauens agriculturæ non perſonis. ꝓptereaq; Calliẽſis in tract. de ſociet. c. 27. n. 76. n. 77. admonet mutuantẽ colono ad ſemen vel ad aliud, in fructibus collectis præferri omnibus preterquam domino: imo ait habere tacitam hypothecam in re empta ex pecunia ad hoc credita, vt res illa emeretur l. licet C. qui potior in pign. 502

Ipſius autem locatoris litteræ comendatitię nihil prodeſſent extraneo danti adiutorium, contta ipſum locatorem nempè ad actionem Mandati l. ſi tibi Cod. loc. ex quo textu DD. probant pactum non veſtiri cohærentia contractus facti cum extraneo: nam in illo textu ille qui ſoluit locatori illud quod villicus debet, non habet actionem contra Villicum, 503 niſi hoc actũ eſſet vt ſuccederet in eius locũ, vel niſi cedatur actio l. 1. C. de his qui in prior. loc.

Adiutorij autem cauſa fuiſſe datum probatur eo ipſo quod datur hac lege, vt ſit adiutorium, exemplo mutuantis ad velum nauis l. 1. ff. de exercito:

Quæro de villico qui ex pecunia adiutorij 504 aluit nepotes qui non ſunt de familia an in ſubſidium quaſi facti locupletiores de re aliena teneantur mutuanti? Arbitror non teneri quia cum aluerit ex re empta ex pecunia non dicitur aluiſſe ex pecunia immediatè aliud enim

Digitized by Google

eſt res ex pecunia, aliud ipſa pecunia Bartolus ſimilem quæſtionem affert in l. his ſolis ff. de cond. indeb. ſed nihil decidit, arbitror vero ex ratificatione facta à Nepotibus de negotio cõmuni nomine geſto nepotes poſſe teneri: alias non teneri ex Alciato l. ſi eum ſeruum ff. ſi cert. petat. Iaſon. tamen ait in ſubſidium nepotes teneri ex regula quod ſemper poteſt agi ex æquitate contra eum qui ex re percepit cõmodum.

SVMMARIVM.

EXPENSARVM LITIS &c.

CAP. XIX.

Expenſarum nomine non veniunt damna n. 505.
Expenſæ in genere habent executionem. nu. 506.
Expenſæ taxatæ à parte non veniunt in hac conſtitutione num. 507.
Expenſæ debentur à procuratore num. 508.
Item a Tutore nu. 509.

505 LOquitur de expenſis dumtaxat non de dãnis ſiuè debeãtur iure actionis, ſiue officio iudicis, quia conſtitutio non diſtinguit, alias queſtio eſt an appellatione expenſarũ veniant damna Bald, l. terminato Cod. de fruct. & lit. expen. gloſ. l. 1. §. fin. ff. ſi quis in ius Archidiaconus dixit venire cap. in primis 11. quæſt. 1.

v. dam-

v. damnum: quia expenſæ diminuunt patrimonium, & à diminuendo damnum eſt appellatum, ſed refellitur, quia expenſę quas facit actor non facit animo patrimonium diminuendi & ſibi damnum inferendi: damnum autem de quo lex loquitur eſt illud quod ab alio infertur l. 3. ff. de damn. inf.

Loquitur autem conſtitutio de expenſis taxatis, vt colligitur ex ſtatuto Mediol. cap. 167. vol. primo, quamuis alias pro no taxatis, ſed tantum in genere debitis, taxandis de proximo executio concedi ſoleat Iaſon l. qui ſortem ff. de verb. oblig. ex l. Fulcinius: ſunt autem expenſę quæ fiunt in aduocatis, ſcripturis, teſtium productione, & alijs huiuſmodi l. quoniam Codice de teſt. l. eum quem temere ff. de iud. 506

Non loquitur conſtitutio de expenſis à parte taxatis ex pacto quia conſtitutio habuit rationem eius quod fieri ſolet vt plurimum iuxta l. nam ad ea ff. de leg. vt plurimum autem taxántur à Notario, ſed ſi taxatę ex pacto reducerentur à Notario ad breuiorem taxam conſtitutio haberet locum iuxta Bald. ad Specul. tit. de ſent. v. promitto, conſtitutio noſtra haberet locum in eis. 507

De procuratore qui ſuccubuit in cauſa, & lite, ſciẽdũ eſt eũ teneri victori ex ſentẽtia actione directa, quia erat dominus litis, nihil arbitratur C. de procurat. itaq; Bart. l. ſi procurator 508

nu.8. ff. de cond. indeb. ſem per inquit procurat. tenetur ad expenſas: principalis ex interpretatione tenetur, eo quia qui p aliũ facit ipſe facere videtur Procurator igitur victus victori non poterit dare de bonis inſolutum, at principalis ſtricto iure poterit dare; tenetur enim principalis vtili tantum actione iudicati.

Tutor eſt ſimilis procuratori nam tenetur de ſuo ſi inſtituit litem calumnioſam in gloſſa l. non eſt ignotum C. de adminiſtratione tutorum.

509 Clericus tenetur ſoluere expenſas litis non deducto ne egeat: ſecundum Panormit. cap. poterit repræhenſibilis de appell.

